





F.4. num. 35.

II. DISSERTATIO IN AVGVRALIS  
DE  
**FEVDO DECIMARVM**  
QVOAD  
**PERTINEAT AD NOVALES.**

QVAM  
PRAESIDE  
**DANIELE NETTELBLADT**

POTENTISSIMI BORVSSORVM REGIS CONSILIARIO INTIMO  
ET IVRIVM IN FRIDERICIANA PROF. PVBLICO  
ORDINARIO

PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
ET  
**PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS**

IMPETRANDIS

D. X. SEPTEMBRIS MDCCCLXX.

PVBLINE DEFENDET

AVCTOR

**ADOLPHVS LVDOVICVS BOEHMER**

HALENSIS.

HALAE AD SALAM  
LITTERIS GEBÄVERIANIS.



# HEART ET KAFFEBERG

UNIVERSITATIS PIRIETORII ACADEMIAVMQVE REGIAE

Digitized by srujanika@gmail.com

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLEN-  
TISSIMO DOMINO  
DOMINO

PHILIPPO IOSEPHO  
DE  
IARIGES

POTENTISSIMI BORVSSORVM REGIS CANCELLARIO  
SVPREMO

STATVS ADMINISTRO INTIMO  
COLLEGIORVM, QVAE IVS REDDVNT, OMNIVM, PRAESIDI  
SVMMO  
MEMBRO REGIAE SCIENTIARVM ACADEMIAE

NEC NON

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLEN-  
TISSIMO DOMINO  
DOMINO.

CAROLO IOSEPHO  
MAXIMILIANO  
LIBERO BARONI

DE

FVRST ET KVPFERBERG

POTENTISSIMI BORVSSORVM REGIS STATVS ADMI-  
NISTRO INTIMO

SVMMI TRIBVNALIS PRAESIDI  
RERV M FEVDALIVM DIRECTORI ACADEMIARVMQUE REGIA-  
RVM CVRATORI.

MVSARVM OMNIVM STATORIBVS  
SALVTIS PVBLICAE CVSTODIBVS  
ATQVE AMPLIFICATORIBVS  
MAECENATIBVS SVIS INDVLGENTISSIMIS

QVAE

DE NOVALIBVS COMMENTATVS EST

TANQVAM

STVDIORVM SVORVM PRIMITIAS  
TESTES SIMVL SVMMAE  
ERGA

DOMINOS SVOS

REVERENTIAE ATQVE AETERNI OBSEQVII

SACRAS ESSE CVPIT

ILLVSTRISSIMORVM NOMINVM.

IBERO BARONI

CVLTOR OBSEQUENTISSIMVS

ADOLPHVS LVDVICVS BOEHMER.



DE  
FEVDO DECIMARVM, QVOAD  
PERTINEAT AD NOVALES.

CAPVT I.  
DE NOVALIBVS IN GENERE.

§. I.  
DECIMARVM NOVALIVM NOTIO.

D ecimorum speciem constituant *nouales*, quae sunt decimae ex agris per hominum memoriam inculsis, et de novo ad culturam redactis, praefandae <sup>a)</sup>). Ipsa, ex qua debentur, terra, noualis solet appellari <sup>b)</sup>). Ad quam constituendam requiritur terra per hominum memoriam inulta, seu quae nulla, quantum

A

con-

a) c. i. De V. S. in 6.

b) c. 21. X. de V. S.

constat, hominum industria ad fructus ferendos parata. Vel itaque exinde plane nulli, vel *naturales* tantum proueniant *fructus*, ipsa semper terra pro *inculta* habenda est, cum sufficiat, terram ad quaerendos fructus cultura et labore non esse paratam. Est videlicet obiectum culturae terra tam *rudis*, quam *natura frugifera* <sup>c)</sup>, quae, si quantum meminiſſe licet, vnius eiusdemque fuerit conditionis, nullamque culturam experta, accommodata quoque esse videtur ad qualitatem terrae noualis induendam, eadem de nouo eradicata <sup>d)</sup>. Talis est terra, cuius mentionem initit Ludouicus Episcopus Halberſtadiensis in charta de anno 1264. -- daz wir unsin Willen darzu gegeben haben - - daz ſie daz Flecke, daz vor Quedelingenborch lüt, und heizet daz Mor mit alle deme daz dartzu gehoret, Berg vnd Tal, Gras, und Weide, mogen tzu Ackere machin, phlügen, hachen vnd rodin lazin <sup>e)</sup>. Mirum itaque in modum differt a terra, cuius cultura ob bellī calamitatē fuit impedita et de nouo coepit <sup>f)</sup>, nec minus a terra

<sup>c)</sup> Autus meus summe venerandus in iur. eccl. protest. Tom. III. Lib. III. Tit. XXX § LX. C. H. SYRING in aur. praxi decimi. Cap. VII. § 3. In terra rudi ponit omnem effutiam Guil. Hieron. BRUCKNER in Diff. de emenda, occasione reformati, B. Lutheri, doctrina de decimis praecipiis notialium Sc̄t. I. Cap II. §. 2. (Jan. 1730) et R. P. Vitus PICHLER in iur. can. Lib. III. Tit. XXX. §. II. n. 22.

<sup>d)</sup> Occurrunt haec verba in dipl. de a. 1244, in Io. Frid. FALKE. Tradit. Corbeiens. p. 562, quo B. et H. Comites Woldenbergeres Amelunbornensis tradunt omne illis in bonis, que de nouo eradicata sunt, de Cavia, que diciunt Brokbone.

<sup>e)</sup> Ant. Udalr. ab ERATH in Cod. dipl. Quedlinburg. p. 515.

<sup>f)</sup> C. H. SYRING in aur. praxi decim. C. VII. § 3. p. 208. Autus meus summe venerandus in iur. eccl. protest. Tom. III. Lib. III. Tit. XXX. § LX. Conf. Braunschweig-Lüneburg. Zehend-Ovd. von 1709. §. II. Tom. III. der Calenberg. L. O. p. 1002. „Wäre aber das ausgerodete Land vorhin artig, oder fruchtig Land gewesen, und hernach entweder bey den Krieges-Jahren oder sonst durch andre Zufälle vergeftelt verwildert, daß es nicht mehr gepflanzt, oder besiedelt worden, so kon man dasselbe, da es nun wieder zur Cultur gebracht, eigentlich für kein Rotland halten. Et in den Braunschweig Lüneburg. L. O. §. 52, „Was in Rotland so auf's neue zu Rotland gemacht wird, (nicht aber alberreits vor Alters Zehendabahr gewesen, und hernach verwildert, bewachsen und wieder ausgerottet), befielet wird. Idem conti-

*terra rupta atque praecissa.* Haec, Germanis BRACHLAND<sup>a)</sup> dicta, alternis tantum conseritur annis, maximeque *terræ renouatae* qualitatem habet<sup>b)</sup>: illa, AVFBRVCH, ex immutacione *terræ iam cultæ in nouam formam suam substaniat* caput<sup>c)</sup>.

## §. II.

## EARVM OBJECTVM TERRA NOVALIS.

Verlanter nouales circa terram de nouo ad culturam redactam, iisque ideo locus est, si appetet, terram, quantum constat, nullam culturam esse expertam. Objectum eius itaque non est *terra renouata*, vel *in aliam formam prorsus immutata*, quippe quac, vel immunis a iure decimandi, hanc immunitatem seruat, vel eidem obnoxia, ei seruit, qui pollet iure decimandi<sup>d)</sup>. So-

A 2

la

continetur in Sanct. Hassiacœ de a. 1737. in Georg. Lib. I. vers. 70. et in Aen. 4. §. 21. cuius mentionem fecit P. F. VLIRICH in Diff. de differentiis decim. secul. et eccles. in Germ. præfertim de iur. decim. Hassiacœ §. 36. (Maiburg-Catt. 1769.)

g) PFEFFINGER ad VITR. T. III. p. 1519 n. (a) Eſ. Fr. d. PVENDORF in Obj. Inv. vniu. T. II. pag. 521. BRUCKNER in c. d. Cap. II. Scſt. I. §. 1. Anus meus ad cineres vsque co-lendus in iur. eccles. protest. c. I. §. LXXXI. Landtags-Abschied des Herzogthums Lüneburg von 1576. „Neben den - - fürhalten lassen, daß viele Zehnden innen und außer Landes seyn, welche sich beklagen, daß denselben der Zehnd von dem Korn, so in das Brackland geföret wird, nicht wolle gegeben werden. Et in Conſtitut. Duc. Brunſtad. et Lameb. Auguſti dicuntur, was in die Brack bestellt wird.

b) Hoc sensu in L. 30. §. 2. D. de V. S. noualis dicitur *terra praecissa*, quae anno cessavit, graecis *vicius*. VIRGIL.

i) Tribut BRUCKNERVS in c. d. Cap. II. Scſt. I. §. II. eandem denominationem *terræ nouali*, melius autem rem explicat Ordinat. decimal. anſtr. §. 5. „Neubrüche und Nettereith werden genannt diejenigen Gründe, all da zuvor weder Furch Strang noch Gräften geschen, auch nie was aufgebaut worden. Die Aufbrüche aber jene Gründe, welche zuvor zwar aufgebaut gewesen, aber kurz oder lang bernach in einen andern verkehrt worden.

k) Haec exacte distinguuntur in Landtags-Abschied des Herzogthums Lüneburg de an. 1567. „Neben dehnen haben hochgedachte Fürsten, Räthen, und Landschaften fürhalten lassen, daß viele Zehndenwerken innen und außer Landes seyn, welche sich beklagen, daß denselben der Zehnd von dem Korn so in das Brackland

la enim mutatio terrae iam cultae in aliam nouam formam, non mutare potest ius decimandi quam maxime fundo cohaerens<sup>1)</sup>. Vnde non competit ius nouales exigendi, si prata vel siluae ad culturam redigantur, in quibus ius decimandi antehac obtinuit, quippe quod per eiusmodi mutationem minui, vel tolli nequit<sup>2)</sup>). A qualitate itaque terrae noualis dependet ius exigendi nouales, quae cum facti sit, omnino probanda<sup>3)</sup>).

## §. III.

## TERRAE NOVALIS DENOMINATIONES.

Varias terra noualis in documentis mediis aeuī sortitur denominationes. Occurrit in donatione Rudolphi I. March. de Baden de an. 1272. sub nomine NEVREVT H. Verba sunt: *Statuimus - ut videlicet Lampadis splendor, diem atque noctem illuminet, - duo talenta hallensium de villa nostra nouali sive Neu-reuth dari<sup>4)</sup>*). Alia ratione vocatur in documento de An. 1341,

quo

*land geseyet wird nicht wolle gegeben werden, und darum Räthe und Landschafften rechstlich Bedenken begehet. Darauf haben Räthe und Landschafften verabschiedet, daß in hinfürder der Zebende von dem Bracklande, sowohl den In-ländischen als ausländischen fohl gegeben werden. Constatu. Duc. Brunswic et Luneb. Augusti. „Was in die Brack bestellt wird, mannes mit der Euge bestrichen wird, davon ist der Zebende dem ordentlichen Zebendherren zuständig. Quo pertinet quoque raeiudicium, quod exstat apud Io. Ernest. WOLFARTVM in Diff. de decimis nouahum §. XVII. not. k. (Mayburg - Cart. 1272) De terra vero per bellum deusaftata, et de nouo ad culturam redacta, in specie dispositum est in Constatu. decimali Luneburg. de An. 1709 §. XI. Tom III. der Calenb. L. O. p. 1002. „Wäre aber das außgerohdete Land vorhin artig oder saatig Land gewesen, und hernach ent-*

*weder bey den Krieges - Jahren oder durch andre Zufälle dergefecht vermildert, daß es nicht mehr, gehörig oder besät worden, so kan man daßelbe, da es nun wieder zur Cultur gebracht, eigentlich vor kein Rothland hatten; in folglich mach daraus kein Rorbzehende gefolget werden, sondern es gebühret der Zebende daraus demjenigen, welcher solche vorhin vor der Vermildering daraus gehabt, und nach demselben keine Verjährung, es sei den von der Zeit, da solches wieder artig gemacht, 40 Jahr verflissen, opponire werden.*

1) c. 4. et 30. X. de decim. Venrandus ausus meus in iur. eccles. prototyp. §. LXXX.

m) SYRING in aur. prax. decim. C. VII. §. 3. p. 208.

n) Io. ULR de CRAMER in Obs. iur. tmiv. Obs. CCCCLXXVIII. p. 96.

o) Io. DAN. SCHÖPF LIN in Hist. Zaringo. Badenf. T. V. p. 255.

quo nobiles de Hidzackere vendiderunt conuentui in Medinge, *castrum et totam villam Ghollerden cum decima nove culture, quae dicitur RODELANT* <sup>r).</sup> Cuius denominationis origo repetenda est a modo colendi, qui fit *nouando vel nouellando* terram incultam, germanice *Rodhen*<sup>q).</sup> Sensum vocis egregie exprimit charta de Ao. 1323, quo luslatius de Monighusen *quendam campum, qui dicitur Ombude, Conventui in Scinna totaliter resignauit, cum omnibus prouentibus, scilicet agris, cultis, et adhuc colendis, id est qui nouari possunt, quod dicitur vulgariter Rodhen* <sup>r).</sup> Vnum vocis habes in documento Ludouici Episcopi Halberstad. de An. 1360. *Ok mer bekene my, dat se dat Blek in deme Broyle bi dem Watere teyvry gheghenue hebben, dat gherodet was, vn de wat me noch darinne roden mach, teyvry, ewelken dem Gotteshusе to bliuende, als et sin Eghen-*

A 3 dum

p) PFEFFINGER Br. Lun. Hist.  
T. II. p. 609.

q) Eiusdem significatus est verbum *nonnellaere* in charta de an. 1244. apud Ernest. Io. de WESTPHAL in monum. inedit. T. III. p. 1487. vbi dicitur: *Conculit eciam curie pater noster filium usque ad rinulum, qui Putzekone dicitur ad nouelandum i.e. ad eradicandum. A quo verbo ipsa terra ad culturam redacta, recte dici coepit nonalis. Observuat DU FRESNE in Gloss. T. V. p. 1542. nonnunquam Rupicinum vocari terram de novo proficilam, vel subinde rupturam vel terram ruptam Gallis rompeis; quam in rem exitat consuetudines Nivernenses cap. 12. Art. 5. Rompeis sunt terres nonnuellement cultivées, esquelles n'y a apparence, ou memoire de culture faite autre fois. Italies in vnu fuit vox Ranca, vt in formula chartae Conradi Imper. an. 1027. apud*

V G H E L L V M Tom. IV. p. 1484.

,cum omnibus Runcis nouis, cum suis inti-  
mis decimis. Runcare autem latinis est, purgare agrum a sentibus, quas inde Runces vocant Galli, eumque de novo arato subigere. Exinde vasta loca, quibus erecta fuerat silua, Roncalia et Abnuncalia nuncupari cooperunt: inter quae praefertim diu celeberrima fuerunt Placentinorum Ronchalia ad Padum, vptote locus amplissimus, ac nullis arboribus impeditus, ex solenni cu-  
ria Imperatorum Germanorum cele-  
bratus. conf. Ant. Ludov. MVRAT-  
TORIVS in antiquit. medi aevi. T. II.  
p. 150. Denique legibus veterum Germanorum et capitularibus vocatur *collaboratus, collaboratio*, quia cultura terrae incultae labore omnino perficitur. Confer, Leges Rupiciniorum T. 37.  
§. 2. Capitul. L 2 C XXI apud BALVZIVM T. I et GEORGISCH Corp.  
lur germ. p. 133.  
r) D. Sam. TREUERI Geschlechts. Hi-  
storie derer Herren von Münchhausen p. 23.

dum is <sup>1)</sup>). Denique subinde aequae MERGELAND ac RODELAND vocata est, a verbo videlicet MERGELN, RODEN. Sie promiscue dicitur in charta de Anno 1529. „Vnd wy itlichen Acker vor Groinde hebben gemergelt vnde gerodet, vnd von unsen g. b. vns is vorsegelt, jumelicken Morgenn vor cyncn gulten tho betalende is des Merglandes, summa tme hundert Morgenn na dato dusses Breues, vnd des Rotlandes, machmen denne Metten, wenn de afflise gesciit, vnnid ifft des vnse Broder, edder des mit aine tho doinde hefft <sup>2)</sup>). Vocem Neureuth explicat charta Hermanni de Schenk de Anno 1363, qua Monasterio Sonnenfeldensi dimidiā decimam in Roth <sup>3)</sup> vendit sub verbis gereuth vnd vngereuth <sup>4)</sup>). Eodem redit appellatio des NEVLANDES, eū terrae recenti cultura paratae, Bremensibus olim Niggeland dictae, a voce nem Gothis nimjo <sup>5)</sup>). Illustrare hoc videtur charta Ioh. Widenbrugge super Bardewisch in Stedinger-Lande. „Wy Ioh. Widenbrugge - - doen to meyger rechte Dyrickre Baken unsen friggen tegethoff in Stedingerlande, tho Bardewisch, belegen is, nameliken anderhalf Niggeland mit dem huse darfuluest, vnd twen bargin vnd einen Spicker vnd alle dem bunte vnd tymmer, dat vp dem sulfsten teghofe yegenwärtig steyt, vnd darup bewet is - - mit aller rechtigkeit vnd tho-behöringe, in Wische in Weyde, in Lande vnde in More, momen dat ock benommen mach, nichts vthbescheden, fryg, quidt unvorpendet <sup>6)</sup>).

## §. IV.

<sup>1)</sup> Ant. Udalr. ab ERATH l. c. p. 505.

<sup>2)</sup> TREUER l. c. p. 148.

<sup>3)</sup> Rode ortur a rotton, vt rest a retton, et denotat locum e filia excisum. Verisimile omnino est, quod multa Germaniae oppida, vel districtus, a noualibus agris et rupibus denominacionem Rode vel Reuth acceperint, veluti

Hartgerode, Werningerode, Osterrode, Reulingen, Bayreuth. WACHTER in Glöff. sub voce: Rode, p. 1313. Dn. de WESTPHAL T. II. p. 76.

<sup>4)</sup> Christ. SCHMETGEN in diplomata. medii aevi Tom. III. p. 727.

<sup>5)</sup> WACHTER in glöff. p. 1141.

<sup>6)</sup> I. H. PRATIE Herzogthümer

Eremen und Verden T. IV. p. 58.

## §. IV.

## DECIMARVM NOVALIVM DENOMINATIONES.

Aequo concinne decimae ab ipsa, vnde prouenient terra, de-nominantur nouales, seu decimae de noualibus, vulgo ROTH-TEGENTEN. Nec iniucundum esse existimo, vsum vocis illu-strare ex charta de an. 1395, in qua fratres de Hoym nominatim ven-dunt capitulo Wiprechtishusano den Rodethegbeden, den we heb-ben an demie Bleke, dat beleghen is in dem Broyle des Klosters to Sente Wipprechte<sup>a)</sup>. In litteris inuestiturae Dom. de Schenk super Rulbenroth de an. 1696. appellantur FELDE VND ROTHEN ZEHNDEN zu Sorge<sup>b)</sup>. A qua quidem denomina-tione parum abhorret, cuius mentio sit in charta de An. 1330, qua Henricus Ruswurm ius suum in decimam in Eycha et praediis zu Oberwasungen tradit: vbi verba sonant. „Kaufen haben ge-gaben - - daz recht an dem halben RVRZEHENDEN<sup>c)</sup> zu Eycbe und dry gut obern Wasungen<sup>d)</sup>. In documento de An. 1328, quo Conradus Bunzendörfer decimas noualium in Eycha, Niederwasungen, et in klein Bieberbach Monasterio in Linensfeld confert, occurrit denominatio intellectu difficilis des QVTZE-HENDEN: nisi, quod opinor, vito editoris descendat, Outze-henden pro Rutzebenden legentis. Verba sunt: *Hinc est quod nos Hermannus et Kun et fratres dicti Bunzendörfer recognoscimus publice per presentes, quod discreti viri Henricus Wasunger et Henricus in Ozelin ad nos venientes, decimas suas videlicet Outzebende<sup>e)</sup> in Eych, et in inferiori Wasungen, et in minori Bieberbach, a nobis in feodo procedentia, manibus no-*

stris

a) Ant. Udalr. ab ERA TH l. c. p. 614. Videbis document, inedit. sub N. I. in Appendix document, inedit.

b) I. G. ESTOR in auserlesenen klei-nen Schriften p. 145.

c) Oritur haec denominatio a verbo virens, mouere, ciere, quasi terra, si ad culturam redigitur maxime est mouen-da.

WACHTER in Glaff. sub voce: rüren p. 659.

d) Christ. SCHOETTGEN in diplo-mat. med. aev. Tom. III. p. 639.

e) Christ. SCHOETTGEN c. l. Tom. III. p. 656.

*stris libere resignauerunt. Has vero decimas Outzebend, pro remedio animarum nostrarum, simulque omnium parentum nostrorum contulimus et conferimus Monasterio, et sancte congregatiōni beate Marie virginis in Sunnenfeld, per presentes iusto feodali titulo perpetuo possidendas f).* Ratio harum decimarum non rectius exprimitur, quam per *decimas de noualibus*, quasi de terra nouali praestentur. Exemplum est in diplome te Sifridi Mogunt Episcopi de An. 1245, qui, intuentes, inquit, *tenuitatem, et deuocionem Monialium de Retters - - decimam prouenientem de noualibus nemoris, siti inter ipsum cenobium Retters et aquam dictam Vischebach, quod eadem ad usus suos excolunt et extirpant, ipsis tradidimus iure perpetuo pos- fidendam g).*

## §. V.

## DECIMAE REALES SVNT VEL VETERES VEL NOVALES.

Cum de noualibus ago, speciem intelligo decimarum reālium. Sunt videlicet decimae reales, vel *veteres* quae ex terris cultis, vel *nouales* quae ex terris incultis et nunc demum ad culturam redactis, percipiuntur. Est sane usui loquendi maxime conueniens, et legibus documentisque satis comprobatum, veteres decimas *simpliciter* vocari decimas, eoque sensu distingui a noualibus. Proinde sub nomine decimarum, quoad speciem eminentem designant, non intelliguntur nouales; etiam si sub decimis insensu generali acceptis comprehendantur,

## §. VI.

IVS DECIMANDI EST VEL PLENVM, VEL MINVS  
PLENVM.

Ius decimandi intuitu decimarum realium generatim acceptum, est ius singulare decimas reales parciendi. Quod cum in

hoc

f) Ruthzehend descendit a verbo *rut-*  
*zen*, quatere terram, unde Anglo-Saxo-  
nibus *hrorb*, *hrutb*, commotio. W A C H-  
TER in Glosse sub voce: *rütten*. p. 1320.

g) L. B. de G V D E N V S in Cod. dipl.  
Tom. I. p. 592. Confer. document.  
inedit. sub N. II. in append. document.  
inedit.

hoc significatu generali ad decimas veteres non minus, quam nouales, pertineat, duas species complectitur, ius veteres decimas tantum percipiendi, et ius percipiendi vtriusque generis decimas, veteres et nouales. Ius decimandi, quod vtramque speciem continet, plenum vocavit beatus *Aurus* meus in notis ad c. 27. X. de *decimis*, quo termino vti liceat, ab eoque distinguere ius decimandi minus plenum, ad decimas veteres adstrictum, nec ad nouales pertinens.

## §. VII.

QVANDO VTRVMQVE CONCESSVM INTEL-  
LIGATVR.

Decimis indefinite datis, ius decimandi minus plenum tantum datum praesumitur, quoad defunt indicia voluntatis concedentis ad vtramque speciem decimarum directae. Quodsi vero concessione addita sunt verba, quae indicium praebent significatus iuris decimandi generalis, ad vtramque speciem decimarum veterum et noualium relati, ius decimandi plenum datum intelligitur. Itaque indulto iure *decimas* cum integritate percipiendi, ius decimandi plenum designari colligit INNOCENT III. in c. 27. X. de *decimis*, quo ex parte Abbatis S. Columbae, propositum esse refert, vtrum, cum ipsi indulatum sit, decimas cum integritate percipere, habeat quoque facultatem decimas exigendi de terris, intra paroecias suas nouiter ad culturam redactis? Respondit pontifex: quod, cum tibi, quod maius est, sit concessum, ut videlicet *decimas de laboribus terrae paroeciarum cum integritate percipias, de noualibus eas exigere satis potes.* Ad integritatem decimarum ergo, seu ad ius decimandi integrum seu plenum, referatur ius percipiendi nouales, vnde quoque in chartis mediis aeuī sub nomine decimationis cum integritate, seu iuris decimandi absoluti, venit. Vtimum itaque iuris communis auctoritate, quando formulas similes, quibus *decimae integræ, decimæ omnes, decimæ cum omni integritate* conceduntur, pro iure decimandi pleno

B

pleno explicamus. Ita ius decimandi plenum describit Conradus Archiepiscopus Mog. in documento de Anno 1083, quo decidit controuersiam enatam ratione Parochiae Altauillanae inter praepositum Ecclesiae S. Petri Mogunt, et sanctimoniales Diffenthalenses -- fecimus aportari priuilegia, quibus utraque pars se minutam dicebat, ex parte Canonicorum inuenimus priuilegium, quo continebatur, Sigefridum corroborasse omnia facta a suo predecessore Friderico, qui ecclesiam Elteuille titulo donationis pleno iure, et ius patronatus eiusdem, et cum decimis quinque vicorum integris tam cultis, quam de excolendis, tam de animalibus, quam de aliis, Ecclesie B. Petri contulit<sup>b)</sup>. Gerhardus Episcopus Tull. contulisse legitur Ao. 988. Ecclesiae S. Michaelis in monte Burro quandam ecclesiam cum integritate censu et decimationis, sicut eam in manu sua tenebat, sitam in villa, quae vocatur Ingolini curtis<sup>i)</sup>. In charta de Ao. 1267. Henricus Dom. in Homburg profitetur, quod Ecclesia de Amelungsborni decimam in Wettesen, cum omni iuris plenitudine totam et integrum, pro L. X. VI. Marcis argenti a Lippoldo milite de Wettesen de consensu fratrum suorum in Giselberti et Georgii emtione legitima comparauit<sup>k)</sup>. Albertus Archiepiscopus Salisburg. An. 1195 praepositurae Halensi concessit Capellam cum iuris integritate decimarum<sup>j)</sup>. Bruno Episcopus Miseniensis cum consensu fratrum donat 1228 Monasterio Dobirlucensi decimas omnes de villis Kemenitz, Windischmarke et Valckenberg, atque etiam de noualibus, que per illum principem Theod. Orientalem marchionem proprium fundatorem locus idem noscitur asseditus, que vel frates vel coloni eorundem suis expensis haec tenus coluerunt aut excolet in futurum dat, et dedit decimas provenientes aut in antea pruenturas

b) L. BAGDENVS in Cod. dipl. T. IV. p. 468.

i) CALMETI prob. Hist. Lotb. T. II. p. 359.

k) Io. FRID. FALKE in Tract. Corbienf. p. 901.

j) HARTZHEIM. conc. germ. T. III. pag. 464.

*uenturas cum integritate et plenitudine iuris omnis* <sup>m)</sup>. In dipl. Adelberti de Ao. 1128 refertur, Willigisum Archiepiscopum Mogunt. Ecclesiam S. Dysibodi dotasse duobus mansis cum curte in Sobernheim, ita videlicet, ut decimatio totaliter eidem dotti assignaretur <sup>n)</sup>. Hatto sanct. Mogunt. Episcop. a. 953. ecclesiae Palidensi tradidisse dicitur, decimam totam in Palithe et omnes decimas parochie palidensis, atque noualium quorundam eiusdem ecclesie, scilicet Monekerod, Abderod, Taferod, Amekero, Ludolferod <sup>o)</sup>.

## §. VIII.

NOMINE DECIMARVM VENIRE SOLET IUS DECIMANDI MINVS PLENVM, ET NOMINE DECIMATIONIS  
IUS DECIMANDI PLENVM.

*Decimarum nomine frequenter designari solet ipsum ius decimandi.* Quandoquidem vero decimae in sensu eminenti distinguuntur a noualibus; ratio in promtu est, quod, decimis indefinite datis, datum censetur ius veteres decimas tantum exigendi, seu ius decimandi minus plenum. Decimationis vero appellacionem in sensu speciali referri ad ius decimandi plenum seu in genere sic dictum, recte obseruauit celeberrimus F. A. DÜRR <sup>p)</sup>, eamque sententiam verissimam quoque esse non rectius perspicitur, quam ex diplomate Sigefredi Moguntinae sedis Episcopi de An. 1069, vbi loco iuris, quod vulgariter dicitur *decima* conceditur *decima-*

B 2

tio

<sup>m)</sup> Io. Petr. a LVDEWIG in reliq. manuscript. T. I. p. 43. Decimae itaque, quae pleno iure competere dicuntur, ius decimandi plenum exprimitur. Sic in charta de a. 1280. apud JOANNEN in Spicil. p. 175. profitetur Simon custos Maioris ecclesiae Moguntinae et Pastor ecclesiae in Sobernheim decimam infra limites parochie ad Monasterium S. Dysibodi pleno iure spectare. Et in charta militis de

Hutha de Ann. 1300. apud VOGT. in monum. inedit. brem. p. 544. dicitur: et quidquid de cetero ibidem cultum fuerit non ad eum vel ad heredes suos sed ad ipsos pleno iure pertinueret decimatio.

<sup>n)</sup> IOANNIS in Spicil. p. 102. et 103.

<sup>o)</sup> LEVCKFELD in Antiquit. Pöldens p. 27.

<sup>p)</sup> In Diff. De parocho a perceptione decimar. noual. in Germ. excluso s. XXI. (Mogunt. 1764).

tio, seu loco iuris decimandi minus pleni ius decimandi plenum.  
 „Ego Sigefridus Dei gratia Mogunt. Sedis Episcopus notum facio omnibus, tam futuris quam presentibus, quomodo decimationem super Thuringia, pro qua antecessores mei, maximeque proximus predecessor meus beate in Christo memorie Luidbaldus, pene usque ad sanguinem certando laborauit, plenius, et perfectius acquisiui, et ecclesias Dei eorumque seruitoribus, eandem canonica auctoritate distribuendum esse decreui. Quapropter omnium Diocesis mee ecclesiarum constructioni volens consulere, in primis magni illius Petri Apostoli, que sita est Mogunt. illud ius secundum canonica decreta delegavi, et constitui, ut prepositus noster Diemo, suique successores in Thuringia, de omnibus his habeant decimationem iustam et integrum, unde prius accepérat solum, quod vocant vulgariter decimam<sup>q)</sup>. Pariter ac decimationis, ius decimandi plenum exprimitis, significationem declarant litterae Geronis Episcopi Halb. de An. 1163, quibus Ecclesiae B. Wigberti in Quidelinburge confirmat omnem decimationem memoratae ville, que de agricultura colligitur, et decimationem arearum extra murum, tam excultarum, quam excolendarum, cum decimatione arearum quas prepositus et Abbatissa de monte in vineam redegerunt. Concedit etiam eidem ecclesie decimationem agri in declivo montis in antiqua vrbe, qui in vineam redactus est<sup>r)</sup>.

§. IX.

<sup>q)</sup> Ge. Christ. IOANNIS T. II. Rerum Moguntiacarum p. 462.

<sup>r)</sup> AB ERATH in Cod. dipl. Quedlinburg. p. 92. Arbitrum decimationis illustrat diploma Ottonis III. Imperatoris Ao. 983. Francofurthi dati, apud SCHOETTGENIVM et KREYSIGVM in Spicileg. diplom. Saxon. Super. P. IV. p. 187, in quo sub decimationis nomine omnem fisco ipsius e villa Setleboreisdorf competentem censum

frugum, pecudum, pecuniarum, vestimentorum mellis cruxinarum (vestium pelle geminatarum) omninoque utilitatem quibus mortales vivuntur, nec non Warcophungam et Talungan familiarum respectum iure donatissimis caesareis transfert in ecclesiam Misericordiam. Vocem Talungan et Warcophungae explicat celeber. de WESTPHAL in praef. ad T. IV. monum. inedit. p. 36. Warcophunga inquit, est nummus arearum. Wura enim

## §. IX.

IVS DECIMANDI EST VEL VNIVERSALE, VEL PARTICVLARE.

A loco quo limitatur seu determinatur exercitium iuris decimandi, abit omnino in *vniuersale et particulare*<sup>1)</sup>. Vniuersale est, quod per vniuersum loci districtum, seu, vti veteres loquuntur, per omnem marchiam competit, et a districtu subinde vocatur *Zwingzehende*<sup>2)</sup>: particulare vero, quod ad determinata praedia est adstrictum. Qualitas itaque decimatoris, siue sit vniuersalis, siue particularis, vnicce determinatur *per extensionem loci*, ita vt, quoisque sese huius limites extendunt, eosque quoque hoc exerceri possit. Nihil vero impedit, quominus utrumque aequo plenum, ac non plenum esse possit, cum haec distinctio qualitatem

B 3 ipsius

enim in chartis huius aeuii Saxonice et Anglicis notat *terram arabilem, agrum noualem vel recens subactum*. Hinc ager *Warectus* h. e. proscilii, *Warectio* agri proscilii, *Wavaschetum* villarum h.e. *Wurtschattus* census arearum in charta a. 1248. apud MARTENE T. I. Aneid. p. 1038. *Wurtinffe* in charta Ottonis et Wilhelmi Ducum Brunsv. a. 1348. ap. GRUPEN antiquit. Hannov. p. 125. *Wurthphening* in charta Archiepiscopi Magdeb. a. 1782 apud LAUDEWIG T. V. Reliq. p. 3. *Talhingam* vero significare putat praestationem vel servitium colonorum, qui veteri curiae ideomate pertinebant ad familiam domini. Vocatur ita *talha* exactio, quae in taleis, seu tefleris fissis lignis annotari mos erat, vnde *tallion* et *talagium* vocantur exactiones decimatarum apud MARTENE T. I. Col. 446. et in Monast. Angl. T. I. p. 193.

1) HARPRECHT in Diff. de iure decimat. vniuers. §. 9. (Tubing. 1755).

2) Occurrit haec denominatio in scripto quadam cui praemissus est titulus: *Deductio, betreffend die Gerechtsame der Herren Grafen von Arens auf ihren Ritterguttem Hierlingen und Bieringen, welche in Schwaben bey Rosenburg am Neckar gelegen sunt p. 13.* In documentis, quae huic deductioni annexa sunt dictior: quod Dux Leopoldius austriacus ineftiuisset Marquartum von Ow 1400 mit dem Layenzehenden zu Rangendingen. Et p. 12 die bemeldeten Hansen von Ow's feligen Khinder seindt rechte und einig Vogtherrn zu Hierlingen in dem Dorf, haben daselbst so wie ire Zwingzehende und bam geend. Refert hoc VLICH in d. c. §. 9. et 13. Et in BE-SOLDI document. Würtverb. p. 276. in charta de a. 1488, ale Zehenden zu Dornheim in Zwing und Baernen. Zwing videlicet denotat districtum seu territorium. HALTHAVS in Glouf. p. 2199. BE-SOLDI in Thes. pratico sub voce: Zehende. Hinc Zwingzehende nihil aliud est, quam decima per districtum.

ipsius iuris respiciat a loco non dependentem. Potest ergo ius decimandi vniuersale minus plenum, et particulare plenum esse et comprehendere scilicet decimas tam praesentes, quam futuras. Sic Christianus de Werfsebe, dictus Vosloge, Luderus et Christianus, vendunt An. 1345. Monasterio in Osterholte Ordinis S. Benedicti Bremen. dioeces. *decimam supra una domo, in villa Harendorpe, cum omni iure et proprietate agris cultis et incultis perpetuis temporibus possidendarum* <sup>1)</sup>). En particulare et plenum! Ioh. de Kedinge vendit An. 1355. Monasterio in Liliendale, *decimam per duas domus, sitas in Merille, in cultis et incultis per campos dictos Geiß et Marsch* <sup>2)</sup>). Gherartus de Mercele vendit An. 1351. Monasterio in Liliendale *decimam dominus vnius in villa Mercele, cum omni pleno iure per agros cultos et incultos in utrisque campis dictis Geiß et Marsch* <sup>3)</sup>). Quo quidem diplomate anne quid clarius euidentius esse potest? Contra vero ius decimandi particulare et minus plenum constitutum appetat in charta Ottonis de Uttele de An. 1332, qua vendit conuentui monasterii sanctae Mariae virginis in Osterholte Ord. S. Bedict. dioc. *decimam unam super una domo in villa Donreden, quam Wyllerus Pekyng longo tempore coluit, et nunc pro constante coluit cum omnibus pertinenciis, attinenciis, et aliis, quibuscumque ad ipsum pertinentibus perpetuo obtinendam* <sup>4)</sup>.

### §. X.

#### COMPETIT VEL EX LEGE ECCLESIASTICA

Iam qui fuerint tituli iuris decimandi, non est meum hoc loco prolixè differere. Satis conflat, decimas vel ex lege ecclesiastica, vel aliunde vi *specialis tituli* deberi, quarum illae ecclesiasticae,

<sup>1)</sup> PRATIE Herzogblümer Bremen vñd Verden T. V. p. 397.

<sup>2)</sup> VOGT in Bremens. p. 597. et p. 595.

<sup>3)</sup> VOGT l. c. p. 594.

<sup>4)</sup> PRATIE l. c. T. IV. p. 105.

ſticeae, hae ſeculare dicuntur. In lege ecclesiatica, quae decimas affignat in miniftrorum ecclieſiae fuſtentationem, fundatum ſimil est ius nouales exigendi tanquam ſpeciem decimarum. Quouſque olim epifcopis per dioceſin competit ius statuendi de decimis, eouſque pertinuit ius in nouales<sup>a)</sup>: neque id ex norma canonum ulterius patuit, quam quatenus in uſum *epifcopi*, *clericorum*, *pauperum* et in *reparationem ecclieſiae*, exemplo aliorum bonorum ecclieſtaſicorum, conuerterentur<sup>b)</sup>. Introductis beneficiis, decimae quae parochis haſtenus ex libera epifcopi diſpoſitione obuenierunt, iis iure beneficij per parochiam dari cooperunt, habitumque iam est sub ALEXANDRO III. et INNOCENTIO III. pro iure comuni, parochis per parochiae diſtriictum deberi decimas<sup>c)</sup>, et poſito per diſtriictum iure decimandi iisdem deberi noua-

a) In *Capitulari Karoli calvi Tit. 48.* c. 2 apud BALVZIUM. *Capitul. T. II.* p. 242. „Ut decimae collaborationem et animalium ſecundum ſacra pracepta domino abſque fraude, et aliqua retractatione offerantur, et in potestate Epifcopi maneat, qualiter presbyteris canonice difpeneantur, et in Concil. Tribar. de An. 895. c. 14. apud HARZHEIM T. II. Concil. p. 395. cauetur: Si quis vero in qualibet ſtuua vel deferto loco ultra milia quatuor aut quinque vel eo amplius aliquid dirunum collaborauerit, et illa, conſentiente Epifcopo, Eccleſiam conſtruuerit, et perpetratam conſeruerit, proſpiciat presbyterum ad ſervitium Dei idoneum, et ſtudiosum, et tunc denum nouaua dicinam nonne reddat ecclieſiae, ſalua tamen potestate Epifcopi. Ceterum ius Epifcoporum ſtatuendi de decimis, per dioceſin acquifitum, euincunt tam Capitularia quam conciliorum canones, veluti *Capitul. Caroli M.* et *Ladovici pii* de incerto anno apud GEORGISCHIN Corp. *Iur. Germ.* p. 802. et eiusdem Ca-

roli M. de An. 804. apud EVNDEM p. 69. *Capitul. Ladov. II.* imp. ap. BALVZ. *Capitul. T. II.* p. 355. 167. *Concil. Ticinens.* de An. 895. ap. HARZHEIM *Concil. germ.* T. II. p. 316. *Concil. Wormat.* de An. 868. c. 59. ap. HARDVINY T. V. *Concil.* p. 745. et in *Synod. Augſt.* c. 10 de An. 952. ap. EVNDEM T. VI. P. I. p. 618. et in *Synod. Augſt.* de An. 1152. c. 5. ap. HARZHEIM. l. c. p. 623.

b) THOMASINVS in *vet.* et *nov.* ecclieſ. diſcipl. T. III. P. III. L. II. Cap. XVIII. n. 6. *Capitular. Caroli M.* de An. 801 c. 44. ap. BALVZ. T. I. p. 356. et de An. 805. c. 23. *ibid.* p. 228. 1104. et 1203.

c) c. 13 et 30 X. de decimi. Venerandus Aius meus in *iur. ecclieſ. protest.* §. LX. SYRING in *aui. prax. decim.* Cap. VII. §. 6. BKUCKNER in c. d. Cap. II. 8et. III. §. 2. PICHLER in *iur. can.* n. 26. p. 622.

nouales<sup>4)</sup>). Huc redit decisio INNOCENTII III. in c. 27. X. de decimis. Cum tibi, quod maius est, sit concessum, vt videlicet decimas de laboribus terrae parochiarum tuarum percipias, de noualibus eas exigere satis potes: Quia ubi maius tibi conceditur, minus etiam hoc casu concessum esse videtur. Cum vero parochis ius in nouales non nisi vi iuris decimandi competit: id iisdem iure decimandi per parochiam destitutis, vel in bonis extra eandem sitis, vindicari nequit. In his falso sum est ius episcopi nouales exigendi, quoad aliis non est iure speciali acquisitum?.

## §. XI.

## VEL EX TITVLO SPECIALI.

Speciali titulo competere dicimus decimas, quae aliunde, quam ex lege ecclesiastica debentur, nulla habita ratione, utrum laicis an clericis, monachis et corporibus ecclesiasticis debeantur. Vnu Germaniae iam ante Concilium Lateranense inter varia censu[m] genera viguerunt decimae, tanquam nobiliores redditus, quos ex bonis in cultis vario titulo aliis concessis sibi reseruarunt praediorum domini. In fundis publicis celebrantur decimae dominica-

*u* d) Haec vis est sententiae: Wo der Pflug hingehet, da gehet auch der Zehend bin: et quod idem est: Was der Acker trægt, muss Zehenden geben. EISENHARTH von Sprüchw. p. 544 sqq. Anno meus omne pietate colendus in Corp. Iur. can. et quidem in nos. ad c. 25. X. de decim.

e) Parochis ius nouales exigendi in Germania negare, idque Episcopis vi antiquae de illis disponendi facultatis vindicare, contendit celeberrimus DÜRR in c. d. §. VIII. Argumenta a veteri iure episcopali repetita, sufficiere non videntur ad impugnandum presumptiōnem pro parochis ex iure communī militantem, nisi, ubi vi obseruantiae et confuetudinis, cuius est in argumento

declarumar magna vis, episcopis ius circa nouales etiam intra fines parochiae seruatum esse, appareat. Ecquis episcopis ex iure antiquo vindicauerit ius decimandi, quod parochis per parochiam iure beneficii, vel aliis iure speciali, est acquisitum! Certe in constitutione Austr. Tit. 23. Art. 13. generatim cauetur: Von demselben Neubruch gebüret der Zehend die drey ersten Jahr einem Pfarr-Herrn düsselten Orts, aber folgends dem, der sonst den Zehenden der Enden hat. Extat haec in SYRINGI aur. prox. iur. decim. p. 221. et in PICHLERI Inv. can. p. 623. n. 28. qui inservit monet, ante Statute bauariae vixisse hanc antiquissimam et immemorialem confuetudinem.

minic平ales principibus seruatae in eorum largitione. In praediis dynastiarum dominorumque decimae ad iura praediorum vel ideo relatae sunt, quod bona culta vel inulta colonis et rusticis data sint sub lege decimas p[ro]staend[us] f). Rem loquuntur tot monumenta, quibus decimae ad iura praediorum exemplo aliorum iurium pertinentiarumque, relatae sunt, et quae liberiorem de iis, quolibet donationis, venditionis, permutationis titulo suscep[t]am dispositionem recensent. Accedit, quod ex liberiori, quam Episcopi olim sibi vindicarunt, dispositione, decimae obuenerint laicis: si quidem ex ysu medii aeu[i] obseruat ECKHARTVS g), decimas ecclesiasticas iure bonorum ecclesiasticorum habitas esse, quas episcopi necessitate urgente, vel commodo aliquo occurrente, alienarunt, aut pro rebus aliis ecclesiae commutarunt. Vbi itaque episcopi ex lege ecclesiastica sibi asseruerunt nouales, easdem nonnunquam aliis contulerunt. Sic Volradus Halberstadiensis Episcopus An. 1268. Gertrudi Prepolitae Quedlinburgensi deciman trium manjorum in Redere, qui redacti sunt nouiter ad culturam, dedit, ita, ut ipsi, et dominabus in prepositura sibi succendentibus, eadem decima iure proprietatis pertineat, ab ipsis ratione Prepositure perpetuo possidenda h). Exsurgit inde ingens decimarum, quae titulo speciali possidentur, numerus, quarum aliae iure allodiali aliae frequenter titulo feudi habentur.

f) Georg. Lud. BOEHMER in BEN Nebenstunden Tom. V. Obs. 3f.  
Diff. de orig. decimar. in Germ. §. II. §. 4.  
19. sq. (Götting. 1749.) Dan. Ge. STRV- g) Rer. Franc. lib. 24. p. 668.  
b) ABERATH l. c. p. 236.



## CAPUT II.

## CAPUT II.

DE FEVDO DECIMARVM, QVOAD  
PERTINEAT AD NOVALES.

## §. XII.

## FEVDVM DECIMARVM QVID?

Pertinet ergo ad ius decimandi speciali titulo constitutum fev-  
dum decimarum, quo ius decimandi per certum locum  
conceditur in fevduum. Constitui potest vel sigillatim, vel  
una cum praediis, quibus est annexum ius decimandi. In utro-  
que casu de vi et potestate huius concessionis agitur. Cum videli-  
cet ius decimandi, tanquam nomen generis decimas veteres et  
nouales complectatur, tanquam nomen speciei vero ad veteres ad-  
strictum sit, feudo decimarum constituto, quale ius datum intel-  
ligitur, non minus quaeri solet, ac quaestionem similem in feudo  
*iurisdictionis* et in feudo *iuris venandi* moueri constat. Exem-  
plum quo decimae tam veteres quam nouales principaliter in feu-  
dum datae sunt exhibit charta Gerhardi, Moguntini Archiepisco-  
pi, de a. 1290, qua consentit in alienationem decimarum infeudata-  
rum: *Consentimus expresse, et nostrum assensum libenter et  
liberaliter impertimus, quod Bertoldus, dictus de Grumbach  
Miles et Eberhardus de Rinderuelt, decimas sitas in villa Stein-  
bach et Huntheim cum omnibus suis pertinenciis tam in exqui-  
sitis, quam non exquisitis; quas quidem decimas tenebant a no-  
bis infeudum et Ecclesia Moguntina; - libere possint transferre*<sup>1)</sup>.

## §. XIII.

VSV GERMANIAE COMPROBATVR FEVDVM DECIMA-  
RVM NOVALIVM.

Conuenit moribus Germanie nouales, vel decimas una cum noualibus, dari in fevduum, nec earum infeudationem ex sanctioni-

<sup>1)</sup> L. B. a GUDENVS Tom. I. Cod. diplom. p. 838.

bus CONCILII Lateranensis III. sub Alexandro III. An. 1179 habiti impugnari potuisse. Notum est, decimas ante hoc concilium frequenter datas esse in feudum: idemque obtinuit in noualibus, tanquam specie decimarum tanto frequentiori, quo maiorem culturam inter deserta multa passa est Germania<sup>k)</sup>. Sed et illud notum est, huic concilio sub eiusdem primitis mox contradicuum esse in comitiis Gelnhusaniis An. 1186, nec illius sanctiones receptas, idque concilium ideo in Germania pro iure communi habitum non esse<sup>l)</sup>. Si ergo infedatio decimarum impugnari non potuit ex huius concilii sanctionibus, certe id nec licuit intuitu noualium. Comprobant id mores Germaniae totque monumenta veteris aevi, quibus vel decimae una cum noualibus tacite, vel etiam subinde expresse sunt infedatae. In transactione inter Witzlaum I. Principe in Rugiae et Episcopum Schwerinensem a. 1221. inita ita conuentum.

*"Propterea dominus Episcopus de centum et viginti mansis omnem decimam prouementem michi iure presit pheodoli. De reliqua parte rotius eiusdem terre, dominus Episcopus magistrum cuiuslibet ville, decima unius mansi tenetur infecodare, de sua parte. De omnibus aliis mansis, per totam terram sepius memoratam, una medietas decime cedet in usus Episcopi, reliqua vero michi in beneficio deputata. Insuper si filiae, et locus vaste solitudinis, ubi prius nulla villa sita fuit, precipitis arboribus, atque rubis extirpatis, ad agriculturam deuente fuerint, due partes michi cedent, et tertia domino Episcopo Zverinensti<sup>m)</sup>".*

In transactione Conradi III. Episcopi Camiensis, qua a. 1240. Barnimo Duci Slavorum decimas de CVIII. man-

C 2

fis

<sup>k)</sup> DÜRR in c. d. f. XX. ~~HYSTABUS~~ quorū triū nomina sīnt, Dolge, Bu-  
<sup>l)</sup> Auus meus venerandus in notis ad chowā, Nigas, atque partem decime de  
c. XIX. de decimis.

<sup>m)</sup> F. a DREGER in Cor. dipl. p. 101. Contulit idem Witzlaus An. 1131. Mo-  
nastry Noui-campi ab ipso fundati trecentos mansos nemoris extirpando, et insuper in eodem nemore quatuor flagna,

EVNDEM p. 147. in not. sub (e) p. 142.

sis sui episcopatus in feudum largitus est, conuentum quoque de noualibus. „*Preterea duas mensuras frumenti et medietatem minute decime de singulis mansis villarum longo tempore deseratarum, que in territoriis Ceden, Prinzelow, Pinkun, et Stettin de novo exculte fuerint a colonis saluis per omnia decimis claustralium canonicorum, et ecclesiarum parochialium, et omnium eorum, qui sunt infeodati ab Ecclesia et ab Episcopo Caminenſi eciam feodaliter modo suscepimus supra notato, dominus vero Episcopus de singulis mansis in locis desertis, ut prediximus excolendis unam mensuram tritici, et unam siliquini, ut pote nos accipiet, et decime medietatem minute, reliquam vero partem decime, de anona hiis, quibus nos villas tunc in carum nouitate et eorum heredibus conferimus, et conferemus dictus dominus Episcopus iure conferret feodali*“). Cum Henricus Leo Saxon. dux fundator Episcopatus Raceburg An. 1154. comitiam Razeburgensem Henrico nobili in beneficium conferret, ita ab eo ordinatum est, *ut in tribus prouinciis Ratzeburg, Wittenberg, et Godebuz, idem Henricus comes decimam dimidiam teneret in beneficio ab Episcopo, tam de allodiis, quam de noualibus per omnia, et uterque tam Episcopus quam Comes de parte sua in beneficiarent, quem vellent, et prout vellent, hoc interposito, quod in qualibet villa duodecim mansos aut ultra duodecim habente, Episcopus duos, Comes duos, ad ius quod Settenke vocatur, praestare teneretur, si vero minus duodecim, uterque eorum unum praefabat*“). Henricus Burewinus I. Dux Magnopolensis, in conuentione cum Henrico Razeburgensi Episcopo, et eius capitulo, de bonis et decimis iure feudali detentis, a. 1222. inita, agnoscit, medietatem decimae, per totam terram Brezen Henricum Episcopum sibi feudali iure concessisse tam de cultis, quam de incultis, medietatem vero sibi retinuisse. Georgius

n) F. a DREGER c. l. p. 206.

o) E. I. de WESTPHAL T. II. monum. inedit. p. 2004.

p) E. I. de WESTPHAL l. c. p. 206.

gius Episcopus Mindensis et Colonensis, dux Brunswicensis et Luneburg. An. 1557 praeter decimas nominatim nouales confert in feudum Ioanni von Monikhausen „einem hoffe vndt dem tegeden tho polde -- dem halven tegenden tho holthussen by Minden, dem tegeden mit aller thobehörunge over dat kar spel tho Grone, dem Rottegenden over dat ker spel tho Naendorpe <sup>1)</sup>. Simili ratione Fridericus Willhelmus, Elector Brandenburgensis, An. 1651. Adolpho Ludophico von Munchhausen confert „dem hoffe zur marsch unter Ilueße dem -- potthoff zu Roden, einem Hoffe vndt dem tegeden zu Rohde, -- den Rotzehenden über das kirs spel zu Neudorf vnd mit aller dieser guether zubehörunge vndt gerechtigkeit <sup>2)</sup>.

## §. XIV.

DECIMIS INDEFINITE IN FEVDVM CONCESSIS, IVS  
NOVALES EXIGENDI DATVM NON PRAESVMITVR,  
NISI EX IVSTA CAVSA.

Decimis simpliciter in feudum concessis, ius decimas veteres tantum, non vero ius nouales exigendi, in feudum datum esse praesumitur, nisi iusta interueniat causa, ex qua concessionem ad nouales pertinere intelligitur. Ius videlicet decimandi duplicum significatum seruat, generis et speciei, et uterque significatus usu veteris aeuii satis comprobatur. In feudo decimarum simpliciter dato nulla indicia interuinire puto, ex quibus decimas in significatu generali acceptas esse colligi possit. Hinc strictus significatus tanto magis est sequendus, cum sit specialis et proprius decimis praesentibus agris inhaerentibus accommodatus. Iam est regula iuris a

C 3

pro-

<sup>1)</sup> TREVER c. I. p. 186.

<sup>2)</sup> TREVER c. I. p. 389. Exemplo esse possunt litterae Lupoldi Episcopi Bambergensis de An. 1299 apud SCHOETTGEN T. III. p. 667, quibus

Monasterio in Sunneveld confert duas villas Weidhusen et Trauenbach desolatas, et incultus una cum decima dictae Ville Trauenbach cum agris cultis et incultis, quaestris et inquirendis, quoctunque nomine censeantur.

proprio significatu non aliter recedi oportere, quam cum manfestum sit aliud sensisse largitorem<sup>3)</sup>). Continet praeterea infudatio decimarum formulam ambiguam, qua aequo ius maius, quale est ius decimandi in genere acceptum, ac ius minus, quod est ius decimandi stricte sumptum, denotari solet. Vbi vero oratio ambigua circa quantitates etiam morales versatur, regula iuris vtimur: *in dubiis illud, quod minimum sequendum esse*<sup>4)</sup>). Accedit, quod generalis iuris decimandi significatus a iure communī recedat, ex qua nouales parochiali ecclesiae deberi censentur: in ambigua vero oratione largitor iuri communī sese conformasse praesumitur, et ex eius voluntate facienda est interpretatio<sup>5)</sup>). Hoc argumento vtitur ius canonicum in c. 29. X. de decimis quo cautum: *quod cum perceptio decimarum ad paroeciales ecclesias, de iure communī pertineat, decimae noualium, quae sunt in paroeciis earundem, ad ipsas procul dubio pertinere noscuntur; nisi ab his, qui alias percipiunt decimas, rationabilis causa ostendatur, per quam appareat, noualium ad eos decimas pertinere.* Rationabilis vero causa, ex qua concessio decimarum ad nouales pertinere potest, non alia est quam quae praebet indicium voluntatis, ex qua ius decimandi in sensu generali acceptum esse colligitur.

## §. XV.

<sup>3)</sup> L. 69. pr. de legat. 3. L. 62. de reg. iur.

<sup>4)</sup> c. 30. eodem in 6. L. 34. de Reg. Inv. L. 38. D. de re indicata.

<sup>5)</sup> L. 96. de Reg. Inv. Exemplum strictae interpretationis exhibent litterae Volradi Episcopi Halberstadt. da a. 1262, quibus nulla se bona in decimis noualium nobilibus de Querenvorde feudalii iure constituisse affuerat, etiam si contulerit decimas. *Recognoscimus, inquit, ex presenti scripti testimonio protestamus, quod nos nobilibus de Querenvorde nulla*

*bona in decimis noualium iure contulimus pheodali, sed tantum illa bona, que ad ipsos a suis progenitoribus iure sunt hereditario et legitime denolita. Vnde noualium, ut venerabili domino abbatis de Quideltingenburg, suo conuenit ibidem, aut quibuscumque personis, eidem domine Abbatissi annexis, per predictos nobiles de Querenvorde per collationem bonorum per nos ipsis factam praecinctum aut etiam impedimentum aliquod generetur. Confer, celeber, AB ERATH in Cod. dipl. Quedlinburg p. 216.*

## §. XV.

## REMOVENTVR DVRIA.

Sententiae expositae non aduersatur c. 27. X. *de decimis etiam si ibidem dicatur, quod ubi maius concedatur minus quoque concessum esse videatur*, ex eoque a iure decimarum concessio ad nouales exigendas argumentum deducitur. In hoc enim capitulo agitur de concessione decimiarum abbatii Monasterii S. Columb. facta, qui non colligebat antiquas ex priuilegio, sed vi iuris communis, quia monasterio fuerant parochiae incorporatae pleno iure, indeque abbas iure parochiae gaudebat. Ratio a pontifice proposita, quod ubi maius conceditur, minus quoque concessum esse videatur, tunc tantum applicari potest, ubi iure communi ad utrumque, ad maius et ad minus, hoc est, tam ad decimas quam ad nouales aequale ius competit: tunc enim euidentis exsurgit argumentum ius decimandi in sensu generali esse concessum. Haec ratio cessat in iure decimandi speciali titulo et quidquid indefinite in feudum concessio, in quo ob verba concessionis ambigua minimum datum seu ius decimandi stricte sic dictum concessum esse intelligitur <sup>x).</sup> Minoris momenti argumenta sunt, quibus nonnulli sub decimis infeudatis nouales semper intelligi putant. Aiunt in concessione decimarum comprehendi, quidquid decimarum nomine continetur: concessio enim genere decimarum, praesumi concessas esse nouales tanquam speciem decimarum, maxime cum locutio indefinita aequipollat vniuersali, quae idem operatur, quam in aliis dispositionibus, testamentis et contractibus, idque eo magis in concessione feudali tanquam beneficio esse attendendum <sup>y).</sup> Prouocant eam in rem ad sententiam IAVOLENI: *beneficium impe-*

<sup>x)</sup> Celeber. STRVBEN in *Neben-  
flunden T. V. §. X. HARPRECHT in*

<sup>y)</sup> Difffentientium argumenta expo-  
suit SYRINGIVS in *anv. prax.  
c. d. §. 14. GONZALEZ ad c. 30. decim. C. VII. §. 13. et PICHLER  
n. 3. b. REBUFF qu. 14. n. 8. RVS l. c.  
LER in inv. can. n. 27. p. 627.*

*imperatoris, quod a divina scilicet eius indulgentia proficitur, quam plenissime interpretandum esse* <sup>2)</sup>, ad quam etiam respicit pontifex in c. 22. de priuilegiis <sup>4)</sup>. Verum enim vero, vtrum ius decimandi tanquam genus, an vero tanquam species, concessum sit, in quaestione est in explicanda formula concessionis indefinitae. Ex c. 25. X. de decimis vero apparet INNOCENTIVM III. sub infederatione decimarum nouales noluisse comprehendere, nec eam extendendam sed restringendam esse voluisse <sup>5)</sup>. Ex quibus intelligitur in hoc casu plane applicari non posse regulam illam, concessio genere concessam quoque esse speciem, cum de eo agatur, vtrum genus an vero species sub formula indefinita concessum sit <sup>6)</sup>. Deinde, quod regulam illam attinet, beneficia plenissime esse explicanda, illa in ambiguis concessionum formulis vim suam amittit, in quibus de sententia concedentis queritur. De qua si constat, beneficia concedentis non tam extendenda, quam potius cum pleno effectu intelligenda, quem is, qui beneficium concessit, ei tribuere voluit <sup>7)</sup>. Accedit denique, quod talis concessio iuri communii deroget, ex quo ecclesiae parochiali nouales debentur, adeoque ex mente INNOCENTII III. talis concessio ad nouales non extendenda sit, sed magis restringenda <sup>8)</sup>.

## §. XVI.

DISCRIMEN INTER NOVALES OCCASIONE DECIMATI-  
ONIS ANTIQVAE VSURPATARUM, ET EX IVSTA CAVSA  
EXACTAS.

Occasione decimationis antiquae infudatae, nouales usurpari dicuntur, si deest iusta causa, ex qua clientelaris concessio de-

cimarum

<sup>2)</sup> L. 3. D. de constitut. princip.

<sup>a)</sup> Monet hoc summe venerandus annus meus in not. ad cit. cap.

<sup>b)</sup> IDEM in Intr. eccl. protest. p. LXV.

<sup>c)</sup> SYRING in aur. prox. decim. p. 13.

Christ. Frid. Georg MEISTER in peinlichen Processe p. 473

<sup>d)</sup> Venerandus annus meus in not ad c. 22. de priuile. et in not. ad cap. 6. X. de donat.

<sup>e)</sup> BARTHEL de decim. Obs. VII. p. 766. et PICHLER c. l. n. 27.

cinarum referri possit ad nouales. Huc redit mens c. 25. X. de decimis. Nec occasione decimationis antiquae, licet in feudum decimae sint concessae, sunt decimaenoualium usurpandae, cum in talibus non sit extendenda licentia, sed potius restringenda. Est haec sententia INNOCENTII III. pontificis eiusdem, qui concessionem decimarum in c. 29. X. de decimis, nonnisi ex iusta causa, ad nouales referri posse existimauerat, et hoc loco sub censuram vocat eam extensionem, quae fit tantum occasione decimationis antiquae in feudum datae. Agit vero de imperiali concessione, uti verba initialia citati capituli ostendunt<sup>f).</sup> Sub nomine *decimationis antiquae*, intelligit ius veteres seu antiquas decimas exigendi<sup>g).</sup> Hoc in feudum concessso, occasionem arripiendam non esse statuit, concessionem extendendi ad nouales. Non improbat ipsam infestationem iuris decimandi, sed interpretem agit decimationis antiquae in feudum datae, quam non extendendam sed restringendam esse censet, ideoque eam ita generalem esse ponit, ut ex mente concessionis de noualibus non appareat. Strictioris vero interpretationis rationem ex iure communi repetit.

## §. XVII.

## VNDE AESTIMANDA SIT IVSTA CAVSA?

Progredior ad *iustas causas*, ex quibus feudum decimarum referri potest ad nouales, ex iisque ius decimandi haberi pro pleno. In aetimanda *iusta causa* non eo recipiendum esse existimo, vtrum vasillus sit persona laica, vel ecclesiastica, et an iure canonico haberi pro decimarum capace possit, nec ne; cuiusmodi du-

D bium

f) Integrat epistolam exhibit Stephanus BALZIVS in Epistolis Innocentii III. lib. 2 ep. 242. p 500. In hac Pontifex refert ea, quae locum fecerunt suae decisioni. *Quidam*, inquit, *insuper afferentes, se possessiones et omnia iura sua cum omni honore atque districtu per imperiale concessionem adeptos*, de-

*cimas sub huiusmodi generalitate derinere praesumunt. Occasione praeterea veteris decimationis, quam afferunt sibi concessam, aliqui decinas noualium sibi non metunt usurpare.*

g) Venerandus auus meus in iur. eccl. protest. c. I. f. LXV.

bium obmoueri omnibus posset, qui parochi non sunt. In feudo decimarum iustum intuitu ipsius iuris decimandi titulum ponimus, cumque ponere tanto magis possimus, quod nec ius canonicum improbauerit feuda decimarum *antiquitus* data, eaque vnu Germaniae satis sunt probata, siue laicis, siue alijs personis ecclesiasticis, quam parochis, sint concessa. Neque ad titulum feudi respectit INNOCENTIVS III, qui, cum de vi *decimationis in feudum concessae antiquae tractat*, de *titulo feudi* non disputat, sed de *interpretatione concessionis*, in qua extensiuae interpretationi locum esse negat, et restrictiuae locum facit. Iustum causam collocamus in his, quae argumentum praebent iuris decimandi, in sensu generali accepti, et voluntatis domini directi ad nouales concedendas pertinentis. Eiusmodi causa continetur in tacita noualium concessione, cum expressa noualium infestatio subsistat. Quid vero interest utrum dominus directus concessionem nominatim ad nouales dirigat, an vero vi et potestate verborum ad nouales directam esse colligas?

## §. XVIII.

TALIS APPARET EX VI ET POTESTATE CONCESSO-  
NIS DECIMARVM IN TERRIS CVLTIS ET  
INCVLTIS.

Si itaque decimae ex agris *cultis* et *incultis* vel *adhuc colen-  
dis* datae sunt in feudum, feudum decimarum comprehendit pro-  
fecto nouales. Agri inculti enim vnu documentorum accipiuntur  
pro agris hactenus omnino incultis, quos, ad culturam redactos,  
nouales agros vocamus. Si vero decimae ex agris incultis percipi-  
ienda vi verborum sunt nouales, tum tali concessione nouales  
omnino comprehensae intelliguntur. Vim verborum explicant vetu-  
stae decimarum concessions. Vto primus Nuemburgensis Ecclesiae  
Episcopus Ao. 1146, coenobio Buzauensi *decimam in pago Plisna  
omnium noualium in presenti cultorum vel in posterum colen-  
dorum delegat*, atque in pago etiam Geraha ubi *decimam C.*

Scobro-

*Scobronum et amplius in nouem villis Grannendorff videlicet, Nuendorff, Selmice, Crescunice, Growithan, Rodhacice, Ropizane, Nidozne, Nigauae possident, omnium noualium decimam in terminis et adiacentis earundem villarum, cultorum vel calendorum fratribus indigenitis profuturam concedit, decimam quoque cuiusdam nove ville quam Zuemuz quidam primus incoluit, forestum nibilominus quoddam, quod ad orientem via veteri ad Austrum et Aquilonem duobus riuulis, ad occidentem terminis ville Ozsek limitatur, memorato coenobio contradidit, et si forte cultum fuerit decimam nonalium ecclesie in Ozsek permisit<sup>b)</sup>. Idem Vto Episcopus An. 1145, coenobio Bosauensi assignat, omnem decimam, que de noualibus nuper cultis vel in posterum colendis in Plisna prouenire potest, insuper decimam de nouem villis, que antiquitus decimam persoluerunt<sup>i)</sup>. Vto II. Nuemburgensis ecclesiae Episcopus An. 1166. praedecessoris concessionem explicat, et confirmat Butzauensi monasterio decimam omnium noualium, que in pago Plisna in perpetuum excoli poterunt<sup>k)</sup>.*

## §. XIX.

VEL EX CONCESSIONE DECIMARVM PER INTEGRVM  
DISTRICTVM

Eiusdem sententiae est formula insefudationis decimarum per integrum districtum constitutae nichts ausgenommen, besucht vnd unbesucht, bebaut vnd vnbebaut. Quae cum nihil excipiat et ad omnis generis agros pertineat cultos et incultos, decimas non modo in specie sic dictas, sed et nouales in feudum datas esse, ideoque ius decimandi plenum datum esse designat<sup>j)</sup>. Seruant eius-

D 2

modi

<sup>b)</sup> SCHOETTGEN T. II. p. 421.

eip. iur. feud. §. 75. et in princip. iur.

<sup>i)</sup> SCHOETTGEN T. II. p. 420.

can. §. 692. In. Casp. BARTHEL de de-

<sup>k)</sup> SCHOETTGEN T. II. p. 427.

cimis p. 766. DÜRR in c. d. §. 26. p. 123.

<sup>l)</sup> Patruus meus pie colendus in prin-

HARPRECHT in c. d. §. 14. 15.

Dif.

modi formulas non modo vetustae inuestitutae literae, sed et noiores ex vetustioribus, prout fert visus curiarum feudalium, soliter repetitae. Eiusmodi formula occurrit in litteris inuestitutae de An. 1673. Petri Philippi Episcopi Bambergensis, quibus decimas in Gestinghausen et Weischau ciuitati Bambergensi in feudum concessit masculinum. - - Dass wir zu rechten Manlehn gelichen haben den Zehenden zu Gestinghausen vnd auch den Zehenden zu Weischau zu Dorff vnd Veld, toden vnd lebendigen nichts augenommen ")). Contulit Leopoldus Episcopus Bambergensis An. 1299 decimam in Nakel quam quidam in manus eius resignauit monasterio in Sunnenfeld. - - Wir Lempold von Gottes Gnaden Bischoffe zu Babenberg bekennen öffentlich, und begehren Kundlich gesein allen ansehern ditzs Brifs, das vnser lieber getreuer Cnrr. Smolnzer genant etwen Richter vnser Stiftes zu Kranach den Zehend des Dorfes zu Nakel, den er von vnd vnsern Stift zu Leben innhet, vnd besaß in vnser Hand ledichlich vffgab, vnd darnach durch syne fleissige Bet, vnd durch das Heyle vnser Sele haben wir den Iunckfräuencloster zu Sunesfeld des Ordens von Citel Wirtzburger Bistums - - denselben Zehend geeygnet, vnd mit gantzen Rechten in des Closters Eigenschaft gewandelt, also dass dasselbe Kloster den oben geschrieben Zehend mit aller Zugehörung, besucht vnd vnbesucht in eegens Recht, als ander syne Guth ewigen besitzen soll vnd mag ")). Profitetur Otto dux Holstiae an. 1492 se concessisse Nolten by der Amre alse den eldstellenn in einen fullständigen rechten Man erue Lehne, myt seuen Kotstedenn vndt negene Morgen Landes myt den Tegheden bynnen vnd buten dem Dorffe Homodern belegen, vnd allen oren Tobehoringhen vnd Rechtigkeytenn, so de gelegen sint in Holte in Felde in Water, wischen vndt weyde-

ne

Dissentunt PICHLER in inv. can. in fin. n. 27. p. 623. et SXRING in aur. prax. decim. §. 13. p. 229.

m) SCHOETTGEN Tom. III p. 858.  
et p. 859.

n) SCHOETTGEN c. l p. 666.

ne women de alle benommen mach nichts davon vthbescheden <sup>o)</sup>. Quamquam formulam besucht vnd vnbesucht fundis adieclam nonnunquam eo sensu visupari monuerit illustris PVFENDOR-FIVS <sup>r)</sup> quo ad res nullius, quae adespota dicuntur, refertur: manifestum tamen est, eandem decimis et terris, ex quibus illae debentur, adieclam, cultas et incultas designare. Iuuabit id illustrare formulis alienationum, quibus ius decimarum in terris cultis et incultis competens, ideoque plenum ius a laicis translatum est in monasteria. Sic Ioh. de Hesberg in Neuenhauss An. 1404 tertiam partem decimarum in Crock Monasterio Sonnenfeldensi vendit pro 140 Fl. - daz wir verkaufft haben unfer Zehende den drytheil gelegen zu Krackt, mit allen seinen Zugehorungen yn Dorffe vnd in Velde, besucht vnd vnbesucht nichts vßgenommen <sup>s)</sup>. Brauwartus Vlemer ciuis Bambergensis vendit An. 1365. decimas in Horb Monasterio Sonnenfeldensi, - verkaufft ham meinen halbtheil, vnd alle die Recht die ich gehabt han an den Zehenden zu Horb gelegen, vnd an alle dem daz darzu gehoret im Dorfe vnd Velte, lebentig vnd tote, grozze und kleine besucht vnd vnbesucht <sup>t)</sup>. Hartmuth et Otto fratres de Fullbacher an. 1334. vendunt Monasterio in Sunnenfeld decimam in Grossen-Garnstadt - vnd do selbe Zehendlein das hab wir beide zu kaufen geben mit allem das darzu gehort, Agker, Wisen, Wazzer, Holtz, Velt, Wurne und Weide, versucht vnd vnuerfucht, gereiniget vnd ungereiniget <sup>u)</sup>. Plenissime sensum illius formulae exprimit charta Hermanni de Schenk, qua monasterio Sonnenfeldensi An. 1363 vendit dimidiam decimam in Roth (quod erat nouale) - Verkaufft haben den halben Czechend zu dem Rod der vns angehort mit allem den nuz vnd Recht als wir gehabt haben, gereiniget, vnd ungereiniget, versucht, vnd vnuerfucht

D 3

uerfucht

<sup>o)</sup> TREVER c. l p 103.<sup>p)</sup> in Tr. de Iuvidict. germ. n 389.<sup>q)</sup> SCHÖTTGEN c. l p. 754.<sup>r)</sup> SCHOETTGEN c. l. p. 731. et<sup>s)</sup> p. 706.<sup>t)</sup> SCHOETTGEN c. l. p. 693. 713.

*verfucht, gebamet vnd ungebamet, gereuth vnd ungereuth in Dorf vnd zu Veld* \*).

## §. XX.

EX CONCESSIONE DECIMARVM PRAESENTIVM ET  
FVTVRARVM.

Addo similes litterarum inuestitutae formulas, ex quarum vi et potestate feudum decimarum ad nouales pertinere existimandum est. Si infeudum concessae sunt decimae *praesentes* et *futurae*, plenum ius decimandi infeudatum esse intelligitur. Decimas non ratione exerciti, *praesentes* et futuro tempore habendi, dici *praesentes* et *futurae*, vix opus est, vt moneam. Ratione *iuris*, de quo conferendo agitur in infeudatione, *praesentes* dicuntur, *quas vi iuris actu competenter percipiendi ius est: et futurae, quas exigendi ius futurum est, in casu si quae praedia ad culturam fuerint redacta*. Quis ergo per futuras *nouales* designari dubauerit. Evidenti exemplo id illustrare iucundum est, quo Wolfkerus Patauiensis episcopus Gundachero de Stiria, quod ab eodem sibi in feudum oblatum erat castrum, a. 1198. in feudum contulit, in iisdemque praediis, vt in offerentem se vicissim liberaliter *praestaret*, decimas omnes largitus est. - *Addidimus, inquit, ipsi etiam tunc conferendo, omnes decimas ibidem nobis attinentes tam praesentes, quam futuras* \*). Pari ratione si decimae cum *omnibus pertinentiis et iuribus* in feudum collatae leguntur, ius decimandi plenum datum esse intelligitur. Talis concessio designatur in litteris Henrici de Ittere et Thilemanni de An. 1312. super decima in Harprachhusen, vbi dicitur: *et ipsam deciman cum omnibus suis pertinentiis et uniuersis iuribus, quocunque nomine censeantur, predictis Domino Abbatii et Comuentui de Ittegene ad instantiam predictorum Ludovici et Mechtildis vxoris sue ac heredum presentibus litteris appropriamus* \*).

## §. XXI.

t) SCHOETTGEN c. l. p. 727. u) Io. Petr. de LVDEWIG in reliquo manuscript T. IV. p. 212. x) TREVER c. l. p. 21.

## §. XXI.

EX INFEDATIONE DECIMARVM AB EPISCOPO  
FACTA.

Sed haec ad primam causam, ex qua feudum decimarum ad nouales referendum est, pertinere videbantur. Aliam non minus iustum et rationabilem causam iuris decimandi pleni concessi, contineri censemus in infederatione *ab Episcopo facta* <sup>2)</sup>. Quod si enim indolem iuris collati ex iure conferentis aestimare par est, ut, quale sit ipsius ius, tale translatum esse praesumatur: certe in infederatione decimarum ab Episcopo facta rationem iustum et rationabilem contineri par est, cum penes Episcopum, maxime in Germania olim fuerit de decimis omnibus, et de noualibus per dioecesis dispositio, vi iuris decimandi pleni competens. Sufficit vero in feudo decimarum iuxta c. 29. X. *de decimis* adesse iustum causam, ex qua ad nouales referatur; qualis in potestate conferentis tanto magis contineri censemur, cum nec de voluntate conferentis dubium emergat, qui in ipsa iuris decimandi infederatione nihil reseruauit, et domini directi practerea interstit plenam fieri beneficii collati interpretationem, nec iura feudi imminuta esse, in casu si apertum ad ipsum reuertatur. Aduersus haec obiicium non potest c. 25. X. *de decimis*. Huius capituli dispositio enim directa est contra laicos, occasione imperialis infederationis decimarum, nouales usurpantes, ipsa INNOCENTII III. epistola teste, atque igitur plane non respicit vasallos ab Episcopis cum decimis inuestitos. De vasallis a seculari potestate inuestitis tantum loquitur INNOCENTIVS III, et ab his, occasione decimarum in feudum acceptarum, nouales haud usurpandas esse sancit. Vt haec antiquiori exemplo illustrem, in conuentione Henrici Burewini I. eiusque filiorum Henrici et Nicolai cum Episcopo Razeburgensi, de bonis ecclesiasticis, itemque de decimis iure feudali concessis, An.

1222.

2) DÜRR l. c. p. 109.

1222. haec acta leguntur. -- Recepimus insuper in beneficio pro villa Mandrome, quicquid decimarum habuit Episcopus in vil lis Bekennytz, Warthmunde, Witzendorp, Reynmansdorp <sup>2)</sup>. Quo quidem exemplo nullum sane viuidius inueniri poterit, nec dubitandum, quin plenum ius episcopo Razeburgensi in iisdem terris competens, in Henricum Borwinum eiusque filios vi infeudationis emanauerit.

## §. XXII.

## SPECIATIM EX INFEDATIONE DECIMATIONIS.

Quae cum ita sint, tanto euidentius apparet, ius decimandi plenum erui posse ex infederatione *decimationis* ab Episcopo facta. Decimatio enim in sensu speciali aeuo antiquo denotat ius omnes decimas in integro tractu tam de cultis terris, quam de excolendis percipiendi, adeoque comprehendit decimas nouales. Hoc sensu distingui solet a decimis in specie sic dictis seu veteribus (§. VIII). Significatum specialem vero seruatum esse, indicium perspicuum est, si ab episcopo est in feudum concessa. Decimationis vim explicat diploma Henrici Archiepiscopi Mog. de An. 1143, quo vocantur *decimationes nostrae salicae terrae* <sup>3)</sup> siue in agris,

2) de WESTPHAL T. II. p. 260.

a) Celeberrimus ab HONTHEIM in Hist. dipl. Trever. T. I. p. 23. notat, quod *salicae* seu *dominicales* *decimae* dicuntur illae, quae ex *elocatis agris aut clientibus in beneficium datis, praedi domino pensababantur*. Nomen accepisse apud eum a *terris Salicis*, ita olim appellatis a *Francis Salicis*, a quibus posse debantur sub immunitate a tributis. Non minima terrarum *Salicarum* pars Imperatoribus et Principibus obuenit, indeque facta sunt bona *regalia et publica*: quibus in beneficium datis, referuatae domino sunt *decimae*. Hinc et

HONTHEIMIVS I. c. p. 288. *Salicanum decimationem vocat decimam illam frugum partem, quae a Vasallo penditur domino ex praedictis salicis, quae curtilia prae dia, vulgo Hoffguthe, fuerint in beneficium data. Vocantur vulgo *Salicas decimationes*, cum essent regales et nulli unquam termino episcopali vel ecclesiis subiacentes, uti easdem describit Otto I. in diplomate Monasterio S. Maximini dato a 956. apud dom. de GUDENVM in Cod. dipl. Tom. II. p. 2. seq. Has reges Francorum saepius ecclesiis integre contulerunt, vt patet ex diplomate Arnulphi de An. 897. in Schannati. Hist. Wormalt.*

agris, siue in sylvis extirpatis, seu extirpandis, cultis, vel excolendis, antiquis et noualibus, omnigenorum quoque pullorum et pecorum, nihil excipientes in omni Episcopatu nostro, tam in orientali Germania, quam in Saxonia, et in pagis Moguntiae adiacentibus videlicet Wetreib, Monegowe, Rinegowe, Nachgowe<sup>b)</sup>. Et in diplomate Adelberti Archiepiscopi Mogunti de An. 1128 dicitur: *Addidit etiam eidem ecclesie in Oster- na viginti mansos, annuum censum soluentes, cum Salica terra, siluis, pratis, pasuis, viis et inuiis, aquarumque decursibus et omni iure, ac insuper duas ecclesias, unam in eadem villa Osterna, alteram in Ouenbach, cum omni iustitia et utilitate dedidit: et quoniam omnis decimatio de omni nouali, que in saltibus extirpatis ad ipsum pertinebat, tres ecclesias in eodem saltu exstrui iussit, quarum hec sunt nomina, Bollenbach, Hundisbach, Merckenbach, tribuens S. Dysibodo cum omni decimatione agri tunc culti et postmodum colendi.* Deinde in terminatione ville Monzecho dicte ecclesiam construxit et dedicauit, nomen ei Gehinkirche imponens, et omnem decimationem agri tunc culti, et postmodum colendi ad eandem ecclesiam offerebant, sancto Dysibodo largitus est<sup>c)</sup>. Egregium habes quoque exemplum in litteris Henrici comitis de An. 975, quibus Monast. S. Maximini restituit ecclesiam in villa Okisheim quam ab eodem in feudum habuit, constitutam cum omni decimatione - cum omni integritate, et omnibus appenditiis suis Capellis vide-

E licet,

Wormat. Cod. dipl. p. 10. n. XI. „Decimationem totius Salicae terrae, in Locis Aleia, et Schaffhausen, et Vluensheim et Rogkenhuson pertinentibus, de Ganzenvurdi usque in medium Liutram, decimam denarium, et decimum porcum et decimum pulnum, et decimum maltrarium de Sylva, et siquando extirpata fuerit, decimum manipulum, et in

pratis decimam Karratam foeni, et certarum rerum, que merito decimari possunt decimam potestatiua manu dominavit.

b) Georg. Christ IOANNIS Tom. II. Script. rev. Mogunt. p. 556.

c) Georg. Christ. IOANNIS in Spicileg. p. 103.

*licet, Barwitre, Noyn, Arenderf<sup>d</sup>).* Quodsi quis ergo cum omni decimatione infedatus sit, fundatam intentionum quoque habet decimas nouales exigendi.

§. XXIII.

EX INFEVDATIONE IVRIS PATRONATVS CVM  
DECIMIS.

Si ius patronatus vna cum decimis eidem annexis ab Episcopo datum est in feudum, quod solet fieri formula *der Kirchenfatz mit den Zehenden darzu gehörig, nichtzig ausgenommen*<sup>e</sup>) ius decimandi plenum infedatum esse praesumitur. In eiusmodi infederatione, ius decimandi per districtum parochialem annexum esse ponimus iuri patronatus, ac proinde commoda, quae alioquin iure communi fuerint parochiae, huic esse annexa: id quod frequenter contigit, tum lege fundationis in compensationem beneficii per fundationem ecclesiae praestiti, congrua et determinata portione parochio assignata, tum vel ideo contigit, quod ius patronatus infedatum, sua natura onerosum, nihil praestaret, ex quo vasallus seruitia feudalia Epiloco praefanda teneatur. Si ergo facta vnione iuris decimandi, cum iure patronatus iura parochiae in decimas vasallo ab Episcopo data sunt in feudum: ex indole iuris infedati intelligitur plenum ius decimandi, quale alioquin competit parochiae per assignatum fundum, annexum esse iuri patronatus, idque ideo iusta ratione pertinere ad nouales. Hanc vnionem decimarum, ceu bonorum parochiae temporalium, vnioni parochiae cum monasteriis haud absimilem esse censet FRANC. ANT. DÜRR, vt, sicut monasteriis, vel ecclesiis collegia-

<sup>d</sup> Nic. ab HONTHEIM in Hist. hörig in charta de a. 1355. apud Io. Trev. dipl. T. I. n. 194. p. 377.

<sup>e</sup> Talis est formula infederationis Henr. FALCKENSTEIN in antiquis des Kirchenfatzes mit alle dem dazu ge- Nordgau. p. 136.

legatis, reseruata tantum congrua portione, vicario, vel parocho, Episcopi concedebant omnia emolumenta decimacionis ecclesiae parochialis, quoad decimas vniuersales et nouales; pariter etiam laici vasalli, praesita Parocho sustentatione, percipiebant omnia emolumenta decimarum tractus, ad ecclesiam parochialem spectantis, tam ordinariarum, quam noualium <sup>5)</sup>.

## §. XXIV.

## EX IPSA DENIQVE OBSERVANTIA.

Si feudum decimarum per assignatum districtum datum, vi diurnae obseruantiae in singulis casibus, quibus inculti agri redacti sunt ad culturam, ad nouales decimas relatum est, in ipsa obseruantia continetur iusta et rationabilis causa, in similibus casibus, quibus agri efficiuntur nouales, decimas noualium exigen-di. Sufficit enim, obseruantiam iure canonico haberit idoneum fundamentum interpretationis eorum, quae indefinite concessa sunt. Quae si suis instructa est requisitis, et per XL. annos viguit, in eadem iusta continetur causa, ex qua feudum decimarum per fundum, in quo nouales agri oriuntur, concessum, habeatur pro iure decimandi pleno <sup>6)</sup>. Nec est quod obueratas ius decimandi in agro nouali nunquam esse exercitum, huiusque intuitu obseruantiam allegari non posse, vasallumque insuper censeri noualium incapaci. Quod enim ad prius attinet, in iure decimandi per praedium indefinite concessio, de eo tantum agitur, utrum intuitu agrorum cultorum duntaxat, an vero aequa intuitu incultorum concessum intelligatur: agros vero, in quibus competit designari opus non est, cum afficiat singulos agros per assignatum districtum fitos. Quodsi ergo vasallus in possessione quieta et diurna est, decimas ex cultis, aequa ac noualibus agris percipiendi: haec ob-

E 2 seruan-

f) F. A. DÜRR I. c. §. 26.  
Sect. VI. §. 1. n. 4.

g) Io. Casp. BARTHEL de decimis

seruantia magistra est interpretationis iuris decimandi generatimi concessi, ac proinde ad agros referri potest iam nunc ad culturam redactos. Quod vero alterum momentum concernit, vasallus laicus, cui titulo feudi ius decimandi per districtum collatum est, noualium per eundem districtum incapax haberi non potest, cum vi insefuationis, quae ex iusta causa ad nouales referri potest earundem perinde, ac decimarum capax, intelligatur. Sane in quaestione, vtrum iurisdictio indefinite in feudum concessa, iurisdictionem superiorum complectatur, non de eo quaeritur, vtrum priuatus iurisdictionis capax sit, sed vtrum haec concessio ex voluntate, et ex potestate largitoris ad superiorum aequa ad inferiorem sit referenda.

## TANTVM.



APPENDIX  
DOCVMENTORVM  
IN EDITORVM.

ERICVS Dux Brunsv. et Luneburg. vendit Monasterio Burſfeldensi decimas noualium Hemclensium pro 115. Fl. aureis.  
a. 1520.

**V**on Gottes Gnaden Wy Erich, Hertoge zu Brunswigk vnd Luneborck etc. bekennen vnd doin kund vor vnſs vnd alle unjer Eruen vnd Nakomen, dat wy vor hundert vnd veffteyn gute vultwichtige Rynſche Gulden, ſo vnſs de werdigen vnd leuen Andechtigen ghetrewen, Henrich Abt, gantz Conuent vnde vorsamelinge unfers Cloeflers to Burſfelde an eynem hope bar ouergetalt, wy ock de vordere in vnſen nutb vnd fromen gekart und gewant hebbēn, to eynem rechten erflicken Wedderkope verkoft hebbēn und verkopen jegenwerdigen to eynem rechten Wedderkope mit Kraft duffes Breuers vnſen ROTTEGEDEN vor vnſem Dorpe vnd in der Veldmarke tho Homeler myt fyner Schlachtnut vnd Tobehorunge, nichts vth bescheiden, alſo, dat nu hemme forder gedachte Abbet, fine Nakomen vnd Conuent gemeltes unfers Cloeflers Burſfelde ſodan ROTTEGEDEN toſampft deme rechten Tegeden vor gedachten Dorper, de ohne berede roſteit vnd behorich iſt, ane ienige unjer, edder unjer Vogede edder Ambtlude insperunge, na erem beſten nut gebrucken ſcholen vnd mogēn, deſſt wy fy ock hyr mede inde hebbende brückende wehre ſetten. We edder unſe Eruen ſchullen vnd willen fyock, wo dat noyt, by deme ROTTEGEDEN thofanpt deme rechten Tegeden hanhaben ſchutten vnd vordeddingen. Ock des ROTTEGEDEN ore Here vnd warende weſſen ſo vaken dat tho donde vnd an vnſs geſinnet werdt; Alles truwelick, ahne Argelijſt vnd Geuerde. Wy hebbēn auerſt vnſ und unſen Eruen die Macht beholden, dat zey ſodanen ROTTEGEDEN alle Ierlichſſ, wann vnſſ dat bequeme iſt, myt hundert veffteyn guten vultwichtich Rynſchen Gulden wedderumb tho vnſſ kopen mo-

E 3

gen



gen, doch also wan wy das befintet, dat wy vnsen glouern (Glaubigern) des in twelfhüllen Nachten tho Wynachten eyne rechte Loskunde dhon, vnd also denne vp neuest folgende Paschen darna, in unsrer Stadt Munden hunderd vnd vyffeyn guad vltwichtige Rynsche Guldén an einem hope wedder leggen vnd betalen schullen vnd willen, vnd wan dat also gescheyn iss, vnd nicht ehr, schall dussé kope krafftlos, dor, vnd von neyn werden syn, sunderen schal vns dy ROTTEGEDE wedder vmmegenslich verlaten syn, vnd volgen, doch vorbenomeden Klosterre ahu dem rechten Tageden ahue affbrock edder Schaden alles trwisch, sunderjenigerleye behelff argelijt vnd Geuerde. End des to worer orkunde vnde städiger, vester holdinge heben wy dussen Brieff myt unsem angehangen Secrette vnd underschreuen Handteken bevestent.

Vnd gegeuen na Godes Gebort, Difent viffhundert vnd zwintich Jar, am abende der hilligen Dreikonigen.

## II.

ARNOLDVS DE HAVERSVORDE vendit Conuentui Monasterii Amelungesbornensis duos mansos in Ellersen et decimam de noualibus in Hauersuorde a. 1306.

*Nos Arnoldus de Hauersuorde miles et Arnoldus de Hauersuorde famulus. Universit intuentibus notum facimus per presentes, quod bona voluntate et conseruacione omnium heredum et coheredum nostrorum, videlicet, palmonie, uxoris mee, militis antiqui, et Iohannis et Arnoldi et Florencii, filiorum meorum, vendidimus domino Abbatii et Conventui monasterii Amelungesborn duos mansos nostros, sitos in campo grangie Ellersen, cum omni iure, ad dictos mansos pertinente. Insuper DECIMAM DE NOVALIBVS iam factis et et adhuc stendis in campo et in palude ville Haversvorde, quam nobis vendicavimus, receptis ab eisdem viris religiosis sexaginta marcis puri argenti, pleno iure libere et quiete perpetuis temporibus possidendos. Insuper presentibus renunciamus omni iuri seu iuris defensioni, quod nobis seu hereditibus aut coheredibus nostris suffragari posset in iure canonico aut ciuitati. Insuper fide data promisimus et promittimus in hiis scriptis veram warandiam prestare omnium dictorum honorum, et a quorunlibet in petitione eruere, et hoc omnino efficiere ut heredes sive coheredes nostri, adhuc minores annis, cum ad annos maturos pervenerint, concursum publicum adhibeant vendicioni predictae.*

ubi

ubi et quando a predictis emporibus fuerimus requisiti. Ne igitur quicquam defectus in nobis sive in vita sive in morte prefatis emporibus occurrat in predictis omnibus aut singulis, fideiussores infra scriptos nobis adhibuimus, qui sediuitis emporibus fide data singuli in solidum promiserunt, et in presentibus promittunt omnem defectum suppleri si quis contingit ex parte nostra, quod absit in omnibus aut singulis supradictis. Fideiussores autem hui sunt *Wasmodus de indagine miles, Conradus de Oldenborch, Conradus et Heynemannus, fratres, dicti de Eversten, famuli.* Ut autem hec universa et singula rata et firma in perpetuum permaneant presentem paginam inde conscriptam Sigillo meo, videlicet Arnoldi militis supradicti, quo ego Arnoldus iunior primo dictus contentus sum, dignum duximus in testimonium perpetuum communiri.

*Testes* eciam huius sunt rei:

*Dethardus de Slon miles.*

*Strigerus et Heuricus de Oldenborch.*

*Ioh. Hermannus fratres dicti de Euersten famuli.*

Et nos fideiussores ante dicti et testes iam nominati universa et singula supradicta esse vera sigillis nostris publice protestamur. Datum et  
Annum anno domini M° CCC° VI. in Craifino Barnabe Apostoli.

### III.

**BERNHARDVS** Hildesheimensis Episcopus investit Dominum Bruningum Nouali iuxta Montem S. Mauricii  
A. 1151.

*In nomine sancte et individue Trinitatis. Bernhardus Dei gratia Hildesheimensis Episcopus. Oportet ut rectores Ecclesiarum, tanquam diuina procurantes, ea, que deuotio fidelium pro redemtione animarum suarum, Deo et sibi famulantibus delegauerit, in defensionem Ecclesie suscipiant, et ex eo gladio spiritus peruersores eorum, et distractores, tanquam Dei contempiores, Canonica severitate ferire non differant. Quod ego B. humilis minister sancte Hildesheimensis Ecclesie, pio affectu considerans, presentis scripti monumento notum facio omnibus sanctae Catholice Ecclesie fidelibus, tam presentibus, quam futuris, quo modo pro remedio anime mee, cum Consilio Domini Beneconis, Deca-*



ni nostri, et Canonicorum nostrorum, et Abbatis sancti Michaelis Theoderici, item Prepositi Borchardi de Monte sancti Mauricij et omnium comprovincialium nostrorum consensu Nouale iuxta montem sancte Mauricij, quod in communione utilitate possidebamus; ad reparationem publice vie, que de monte tendit ad ciuitatem, delegauerim, et pari consensu et Consilio dnum Bruningum regulariter ex permissione Abbatis sui Reynhusensis apud sanctum Michaelen locatum, ipso loculo, cum omnibus sibi adiacentibus, cultis et colendis, et decimus inuestiuimus. Et ut idem loculus maioris incrementi et devotionis existeret, Capellan ibi confirui concessi, et pontificali auctoritate, predicandi, baptizandi, Confessiones recipiendi, prefato Religioso viro B. licentiam indulsi. Ne quis ergo predictio loculo et Domino B. aliquam iniuriam seu infestationem seu violentiam in hac nostra donatione, nunc et deinceps, illatenus inferre presumat, auctoritate banni nostri interdicimus, et violatorem huius rei, et peruersores in nomine Patris et Filii et spiritus sancti, auctoritate Apostolorum Petri et Pauli et Domini Gregorii Pape a communione sancte Ecclesie et sanctorum Christi, nisi cum satisfactiōne resipuerint, cum diabolo et angelis alienando sequestramus.

Huius actionis testes sunt:

Conradus maior prepositus, frater Conradi Regis.

Canonici nostri: Sifridus, Ericus, Lampertus, Eilhardus, Gerlagus, Bernardus, Otto, Ricperius.

Laici liberi:

Rembertus et frater suus Thidericus de Ricinge.

Ministeriales: Ludolfus Aduocatus Luipoldus Hugo. Ernest de Ochteressern, Ecbertus de Tossēm. Iser, Echertus de Lüdingessen, Richardus, Hildebrandus de Drispenminstede. Sifridus, Conradus de Oldendorp.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LI<sup>o</sup>.

Conseruantibus hec venia et pax adeo amministretur; violatoribus autem et peruersoribus, barathrum eterne perditionis aperiatur. Amen feliciter!

IV. ALBER-

## IV.

**ALBERTVS** dux Brunsv. dimitit Ecclesiae Bursfeldensi decimas noualium, in Sceden, Hemelen et in Euernhosin, pro anniversario sibi condendo An. 1299.

*In nomine domini Amen. Dei gracia Albertus de Brunswick. Omnibus in perpetuum. Prudentum more, nolentium falli vel fallere, factum nostrum decreuimus literis exarandum, ut posteris inculceret memoriam, elidat ignorantiam, roboret veritatem. Nouerint igitur presentes et futuri, quod, de bona voluntate nostra, et proborum virorum confilio, in remedium anime nostre ac parentum nostrorum, Bursfeldensi Ecclesie decimas noualium, scilicet in Sceden, in Hemelen et in Euernhosin, cum ipsarum prouentibus viuieris, relinquimus possidendas perpetuo libere et quiete. Prefatam vero Ecclesiam Bursfeldensem sub protectionis nostre vexillo recipimus, ac ipsam ea libertate ac gratia gaudere volumus, qua tempore patris nostri bone memorie ea fuerat et gaudebat, et hoc omnibus nostris subditis precipimus sub obtentu nostro gratie firmiter obseruandum. In huius donationis seu gratie recomponsam prefata ecclesia, ut solet fieri in exequis suorum fundatorum, post decepsos nostros memoriam nostri perpetuo celebrabunt.*

*Huius autem donationis testes sunt:*

*Iohannes de Grona.*

*Bruno de Woldreshusen.*

*Henricus dictus Iudeus, milites nostri, et quam plures alii fide digni.*

*In huius rei evidentiam hec conscribi iussimus, et sigilli nostri munimine roborari.*

*Acta et data sunt hec in Gottinghen per manum nostri Prothonotarii, Bertoldi de Hollingen. Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo nono in die Tpoliti martiris.*

## V.

**SIFRIDVS** S. Moguntinae sedis Archiepiscopus confirmat Ecclesiae Northeimenensi decimas noualium nemoris dicti Owe largitione Marcolphi ipsi collatas An. 1217.

*Sifridus dei gracia sancte Moguntine sedis Archiepiscopus viuieris Christi fidelibus hec scripta visuris Salutem in autore salutis. Cum*

F

per

OMNIS CROWN PRAE

per exempla virtutis gradiri nos deceat, et antecessorum nostrorum vestigia inherere; honestum censemus et plumi, ut, que ipsi Ecclesiastum vilitatibus prouiderunt, Nos etiam debeamus non roborare solummodo, sed et augere ad instantiam D. Hermanni, Northeimensis Abbatis supplicem et devoutam, decimas noualium nemoris, dicti Owe et aliorum nemorum Ecclesie spectantium, sicut eas ex largitione venerabilis antecessoris nostri Marcolsi quondam Magdalenensis Archiepiscopi et aliorum pontificum iuste possident et quiete vel imposterum adipisci poterunt, possidendas eidem monasterio confirmamus, sibi interminatione Anathematis inhibentes, ne quis huic confirmationi nostre presumat auctu temerario contraire. Quod si quis aitentauerit, indignationem omni, potentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius beati Martini, et ex communicationis nostre summan sententiam se nouerit in cursorum.

*Acta sunt hec anno Dominice incarnationis M. ducentesimo decimo septimo.*

*Datum Effort XVII. Kalendarum Septembris pontificatus nostri  
Anno sexto decimo.*

#### VI.

Litterae HERMANNI et HENRICI nec non THIDERICI de decimis noualium inter Ovecram et Ghelenbeke post C. annos ad Ecclesiam Hildesemensem restituendis An. 1312.

*N*os Hermannus et Henricus nec non Thidericus, cives Goslarientes, dicti de Doranthen, recognoscimus publice protestando, quod deinceps noualium, inter Ovecram et riuum deme Ghelenbeke sitorum, nobis nostrisque heredibus ac posteris per venerabilem in Christo patrem, dominum nostrum Henricum, Hildesemensem ecclesie Episcopum, de sui consensu capitulo, assignate, centum annorum termino evoluto, ad successores suos suamque Hildesemensem ecclesiam antedictam sine aliquius difficultatis obice libere reverentur, ita quod nostri heredes et posteri nichil ex tunc in eis iuris aliquatenus obtinebunt. Et in huius testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M<sup>CC</sup>CCC. duodecimo tercio Kalend. Iuli.

PRAE-

PRAESTANTISSIMO  
DOMINO DOCTORANDO

SALVTEM PRECATVR

P R A E S E S .

*Licet mecum habitem, et sciam, me non nisi primas lineas duxisse ad corpus TVAE iuris scientiae: non sine insigni animi voluptate tamen, doctum TVVM, quod publico eruditorum examini submittis, specimen inaugurale legi et relegi. Exhibes nouales ingenii TVI fertilis, ad cuius culturam quum et meam aliqualem symbolam contulerim, non possum non quin laetus adjiciam, laetam messem, ex sparso semine efflorescentem. Quum vero frugiferum TVVM ingenium, praeuia maxime laudabili diligentia qua illud a TE excultum, produxerit has nouales egregias, ne minimam quidem earum partem mihi vindicare possum. Licet enim, ut TV egregie demonstrasti, decimae quandoque pertineant ad nouales, siveque is cui competit ius decimandi tale, quod pertinet ad nouales, falcam immittere possit in alienam messem: ad me, omni iure decimandi desituto, tamen vi huius tituli nihil pertinet. Multo minus iure communionis partem earum mihi vindicare possum, quum solum TVVM ingenium, me nullo modo concurrante, produixerit nouales, per quas, tanquam dignissimus MAGNI BOEHMERI nepos, orbi eruditio innotescit.*

Sic

Sic TVO, CANDIDATE ORNATISSIME, comprobas exemplo, MAIORVM et AGNATORVM exempla maximam in formandis studiis habere vim, eosque qui ex tali gente sunt impellere, ut propriis meritis adaugere studeant. Cui enim nota non sunt BOEHMERIANAE GENTIS merita in rem publicam et praesertim iuris prudentiam nostram! Imples spem ILLVSTRIS et EXPERIENTISSLMI Dn. PARENTIS de TE conceptam, CVI haec insignis contingit felicitas, binos FILIOS spem de iis conceptam non modo explere, sed etiam superare longissime. Vah quanta felicitas! Quis mecum non gratulatur VIRO, et in eo de republica bene merito, quod ei debeat par FILIORVM, qui MAIORVM insistunt vestigiis, quibusque nunquam deerunt virtutum et studiorum praemia? TV vero, DOCTISSIME DN. CANDIDATE, quam hactenus in studiis litterariis ostendisti alacritatem, explica quoque in rebus agendis, meque amare perge. Scribebam Halae d. III. Sept.

MDCCCLXX.



Halle, Decr., 1770

V.D.  
18

ULB Halle  
002 169 55X

3



5b



F.4. num. 35.

9

II. DISSERTATIO IN AVGVRALIS  
DE  
**FEVDO DECIMARVM**  
QVOAD  
**PERTINEAT AD NOVALES.**

QVAM

PRAESIDE

**DANIELE NETTELBLADT**

POTENTISSIMI BORVSSORVM REGIS CONSILIARIO INTIMO  
ET IVRIVM IN FRIDERICIANA PROF. PVBLICO  
ORDINARIO

PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

ET

**PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS**

IMPETRANDIS

D. X. SEPTEMBRIS MDCCLXX.

PVBLICE DEFENDET

AVCTOR

**ADOLPHVS LVDOVICVS BOEHMER**

HALENSIS.

HALAE AD SALAM

LITTERIS GEBÄVERIANIS.

